IN HOC Volumine Continentur hæc. Marci. T. C.

De Finibus Bonorum & Malorꝝ. Libri Quinqꝫ.

De Natura Deorum. Libri Tres.

De Diuinatione. Libri Duo.

De Legibus. Libri Duo.


Fragmenta ex Academicis. In duobus diuisa libris.

De Fato. Libellus Vnus.

De Mundo. Libellus Vnus.

De Somno Scipionis. Libellus: qui ex. vi. De re. p. exceptus est.

Ex Bibliotheca Thuana



W woluminie kolejno współoprawne sygnatury:

SD 8418 III

Inc. 422

BIBLJOTEKA UNIW. W. POZNANIU
114058



Dar Kurat. Okr. Pozn. z Bibl.
Gimn. Męsk. w Chełmnie.
1936.

IN HOC Volumine Continentur hæc. Marci. T. C.

De Finibus Bonorum & Malorum. Libri Quinq.

De Natura Deorum. Libri Tres.

De Diuinatione. Libri Duo.

De Legibus. Libri Duo.

Fragmenta ex Academicis. In duobus diuisa libris.

De Fato. Libellus Vnus.

De Mundo. Libellus Vnus.

De Somno Scipionis. Libellus: qui ex. vi. De re. p. exceptus est.

BIBLIOTEKA UNIWERSYTECKA POZNAŃ

Inc. 422

1436261 N

Cicero M.T. De natura deorum etc.,
Venezia, S. Bevilacqua, 10.IX 1496. 2°.
GW6305. IBP1570
↳ Vor P. niemal jak Anm. 2 k. 1-44 - A⁸, B-E⁶.
BT

LIBER PRIMVS.

M. T. Ciceronis de Finibus Bonorum & Malorum:

ONERAM NESCIVS BRVTE CVM quę ſummis ingeniis: exquiſitaq; doctrina philoſophi grę co ſermone tractauiſſent: ea latinis litteris mādaremus: fore ut hic noſter labor in uarias reprehenſiones incurre ret. Nam quibuſdam & iis quidem nō admodum indoc tis totum hoc diſplicet philoſophari. Quidā aūt non id tātum reprehēdunt: ut ſi remiſſius agatur: ſed tantum ſtudiū: tamq; multā operam in eo ponēdam non arbitrātur. Erunt etiā & hi quidē eruditi gręcis litteris: contemnentes latinas: qui ſe dicāt in gręcis legē dis operā malle conſumere. Poſtremo aliquos futuros ſuſpicor: qui me ad ali as litteras uocent: genus hoc ſcribēdi & ſi ſit elegās perſonę: tamē & dignita tis eſſe negent. Cōtra quos omnes dicendum breuiter exiſtimo: Quāq; philo ſophię qdem uituperatorib9 ſatis reſponſum eſt: eo libro quo a nobis philoſo phia defenſa & collaudata eſt quū eſſet accuſata et uitupata ab hortēſio. Qui liber cū & tibi pbatus uideret: & iis quos ego poſſe iudicare arbitrarer: plura ſuſcepi: ueritus ne mouere hominum ſtudia uiderer: retinere non poſſe. Qui aūt: ſi maxime hoc placeat: moderatius tamē id uolunt fieri: difficilē quandā tēperātiam poſtulāt in eo: quod ſemel admiſſum coerceri reprimiq; non po teſt. Vt propemodū iuſtioribꝰ utamur illis: q omnino auocēt a philoſophia: q̄ iis qui rebus infinitis modū cōſtituant: in req; quę eo melior eſt: quo maior fit: mediocritatē deſiderēt. Siue enī ad ſapientiam pueniri poteſt: non paran da nobis ſolum ea: ſed fruenda etiam ſapientia eſt. Siue hoc difficile ē: tamen nec modus ē ullus inueſtigādi ueri: niſi inueneris: & quęrēdi defatigatio tur pis ē: quū id quod quęritur ſit pulcherrimū: &. n. ſi delectamur quum ſcribi mus: quis ē tam inuidus: q ab eo nos abducat: ſin laboramꝰ: quis eſt qui alie nę modū ſtatuat induſtrię? Nam ut Terētianus chremes nō ihumanus: q no uum uicinū nō uult fodere: aut arare: aut aliquid ferre: deniq;. Nō. n. illū ab i duſtria: ſed ab illiberali labore deterret: ſic iſti curioſi quos offēdit noſter: mi nime nobis iniucūdus: labor. His igitur ē difficilius ſatiffacere: qui ſe latina ſcripta dicūt contēnere: in quibus hoc primū eſt: ī quo admirer: cur in grauiſ ſimis rebus non delectet eos patrius ſermo: quū iidem fabellas latinas ad uer bū de gręcis expreſſas non inuiti legant. quis. n. tam inimicus pene nomini ro mano eſt: qui Ennii Medeam: aut Antiopā: Pacuuii ſpernat: aut reiiciat: q ſe iiſdem Euripidis fabulis delectari dicat: latinas litteras oderit. Synephebos ego inquit potius Cecilii aut Andriā Terētii q̄ utrāq; Menādri legā: a qb9 tā diſſentō: ut cū Sophocles uel optie ſcripſerit: Electrā tamē male cōuerſā Ati lii mihi legēdā putē: de quo Licini9: ferreū ſcriptorē: uez opinor ſcriptorē: ut inde legēd9 ſit: Rudē. n. eē oīo īnīs poetis aut inertiſſimę ſegnitię ē: aut faſti dii delicatiſſimi. Mihi qdē nulli ſatis eruditi uidentur: quib9 nīa ignota ſunt. At aūt ne in nemore nihilominus legimus: q̄ hoc idē gręcū. quę autē de bene

beateꝙ uiuendo a Platone diſputata ſunt: hęc explicari non placebit latine? Quod ſi nos non iterpretum fungimur munere: ſed tuemur ea quę dicta ſũt ab his: quos ꝓbamus: eiſꝙ noſtrũ officiũ & noſtrum ſcribendi ordinẽ adiũgimus. Quid hẽnt: cur gręca anteponãt his quę & ſplendide dicta ſunt: neꝙ ſint conuerſa de gręcis? Nam ſi dicerent ab illis has res eſſe tractataſ: ne ipſos quidẽ graecos eſt cur tam multos legant q̃ legendi ſunt Quid.n. eſt a Chryſippo prętermiſſum in ſtoicis? legimus tamen diogenem: Antipatrũ: Mneſarchum: multos alios: in primiſꝙ familiarẽ noſtrum Poſſidonium. Quid Theophraſtum? mediocriter ne delectat quũ tractat locos ab Ariſtotile antetractatos? Quid epicurei? nũ deſiſtunt de eiſdem de quibus & ab Epicuro ſcriptũ eſt & ab antiquis: ad arbitrium ſuum ſcribere? Quod ſi greci leguntꝰ a gręcis iiſdem de rebus alia ratione cõpoſitis: quid eſt cur noſtri a noſtris nõ legantur? q̃ quam ſi plane ſic uerterem Platonem aut Ariſtotelem: ut uertẽrũt noſtri poetę fabulas: male credo mererer de meis ciuibus: ſi ad eorum cognitionem diuina illa ingenia tranſferrem: ſed id neꝙ feci adhuc: nec mihi tamen ne faciam interdictum puto. locos quidem quoſdam ſi uidebitur tranſferam: & maxime ab his quos modo nominaui: cum inciderit ut id apte fieri poſſit: ut ab Homero Ennius: Affranius a Menandro ſolet. Nec uero ut noſter Lucilius recuſabo quo minus omnes mea legãt. Vtinam eſſet ille Perſius Scipio uero & Rutilius multo ẽt magis: quorũ ille iudiciũ reformidãs Tarẽtinis ait: ſe & Conſentinis & Siculis ſcribere. facete is quidem ſicut alias: ſed nec tã docti tunc erant ad quorũ iudiciũ elaboraret & ſunt illius ſcripta leuiora: ut urbanitas ſumma appareat: doctrina mediocris. Ego autẽ quẽ timeam lectorem quum ad te nec graecis quidem cedentem in philoſophia audeã ſcribere. Quamquã a te ipſo id quidem facio prouocatus gratiſſimo mihi libro quem ad me de uirtute miſiſti: ſed ex eo credo quibuſdã uenire uſu ut aborreant a latinis: ꝙ inciderint in inculta quędam & horrida de malis graecis latine ſcripta deterius: Quib9 ego aſſentior dummodo de iiſdẽ rebus ne graecos q dem legendos putẽt: res uero bonas uerbis electis grauiter ornateꝙ dictatas quis nõ legat? niſi qui ſe plane gręcũ dici uelit: ut a Sceuola eſt praetor ſalutatus athenis Albutiuſ: quẽ quidẽ locũ cum multa uenuſtate & omni ſale idem Lucillius apud quem pręclare ſceuola.

Graecum te albuti q̃ romanum atq; Sabinum,
Municipem. Pontii titi annii centurionum.
Praeclarorum hominum ac primorum ſigniferumq;.
Maluiſti dici. graece ergo praetor athenis.
Id quod maluiſti te cum ad me accedis ſaluto.
Chere inquã tite littores turma omnis choruſq;.
Cheretehinc hoſtis mutii albutius hinc inimicus.
Sed iure mutius.

Ego autem mirari nõ queo unde hoc ſit tam inſolẽs domeſticarũ rerum faſtidium. non eſt omnino hic dicẽdi locus: ſed ita ſentio & ſępe diſſerui latinam

linguam non modo non inopem :ut uulgo putarent:sed locupletiorem etiam esse quam græcam. Quãdo.n. uel nobis dicã:aut oratoribus bonis:aut poetis:postea q dẽ q̃ fuit:quẽ imitarẽt:ullus oris uel copiosæ:uel elegãtis ornatus defuit? Ego uero cũ forẽsib9 operis:laboribus:periculis:non deseruisse mihi uideor prẹsidiũ in quo a po. ro. locatus sim. Debeo ꝓfecto q̃tuncũq; possim i eo quoq; laborare:ut sint opa studio:labore meo:doctiores ciues mei: nec cum istis tãtopere pugnare qui græca legere malint. modo legãt ipsa illa:ne simulent:& iis seruire qui uel utrisq; litteris uti uelint:uel si suas habẽt illas non magnopere desiderẽt. Quod autẽ alia malunt scribi a nobis:ẹqui esse debent ꝙ & scripta multa sunt:sicut plura memini e nostris:& scribent fortasse plura:si uita suppetet:& tam̃ qui diligẽter hæc quẹ de philosophia litteris mandamus legere assuuerit:iudicabit nulla ad legendum his esse potiora. Quid est. n. in uita tãtopere quẹrẽdũ:quã cum omnia i philosophia: tum id quod iis libris quærit? quid sit finis:quid extremũ:quid ultimum:quo sint oia bene uiuendi recteq;:faciendi consilia referenda:quid sequat nostra natura:ut summum ex rebus expetendum:quid fugiat ut extremum malorũ Qua de re cum sit inter doctissimos summa dissentio:quis alienum putet eius esse dignitatis quam mihi quisque tribuit:quid in omni genere uitẹ optimum & uerissimum sit exquirere? An partus ancillẹ sit ne in fructu habẽdus dissert iter principes ciuitatis:P.scæuolã.M.Manilio:ab his q;.M.Brutus dissentiet:quod & acutũ genus est:& ad usus ciuilẽ nõ iutile. Nosq; ea scripta reliqua q̃ eiusdẽ generis & legimus libenter & legem9 hẹc quẹ uitã cõtinent omnẽ negligũt:nã ut sint illa uẽdibiliora:hẹc uberiora certe sunt:q̃q̃ id quidem licebit iis ẹstimare qui legerint. Nos autem hanc omnem quẹstionem de finibus bonorũ & malorum fere a nobis explicatam esse his litteris arbitramur: in quibus quantum potuimus:non modo quid nobis probaretur:sed etiam quid a singulis philosophiẹ disiplinis diceretur persecuti sumus. Vt autẽ a facillimis ordiamur prima ueniat in medium Epicuri ratio:quẹ pleriscq; notissima est: quam a nobis sic intelliges expositam: ut ab iis:qui eam disciplinam probant non soleat accuratius explicari:uerum enim inuenire uolumus:nõ tanq̃ aduersarium aliquem conuincere. Accurate autem quõdam a.L. Torquato homine omni doctrina erudito defensa est Epicuri sententia de uoluptate: a meq; ei responsum:cũ .C. Triarius in primis grauis & doctus adolescens ei disputationi interesset nã cũ ad me i cum anũ salutandi causa uterq; uenisset pauca primo inter nos de litteris quarum summum erat in utroq; studium:deinde Torquatus:quoniam nacti te inquit sumus aliquando ociosum certe audiam quid sit ꝙ Epicurum nostrum nõ tu quidem oderis:ut fere faciunt qui ab eo dissentiunt:sed certe nõ probes eũ:quem ego arbitror :unum uidisse uerum:maximisq; erroribus animos hominum liberauisse :& omnia tradidisse quẹ pertinent ad bene beateq; uiuendum:Sed existimo te sicut nostrum Triarium minus ab eo delectari:quod ista Platonis.Aristotelis.Theophrasti ornamenta orationis neglexerit:nam illuc quidem adduci uix possum ut ea quẹ senserit ille: tibi nõ uera uideant. Vide q̃tũ inquã fallere Torquate:oratio me isti9 philosophi nõ offendit. nã & cõplectit uerbis ꝙ uult:& dicit plane quod intelligã:& tamen a philosopho si afferat elloquentiam non asperner:si non habet nõ admodum flagi

tem. Rem mhi non æque ſatiſfacit: & quidem locis pluribus: ſed quot homines tot ſententię: falli igitur poſſumus. Quamobrē tandem iquit non ſatiſfacit? Te.n. iudi cē æquū puto: modo quæ dicat ille bene noris. Hic mihi phædrum inquā mentitā aut zenonem putas? quorum utrunq; audiui quum mihi nihil ſane præter ſedulita tem probarent. Omnes mihi epicuri ſententiæ ſatis notæ ſunt: atque eos quos no minaui cum attico noſtro frequēter audiui cum miraret ille quidem utrūq;. Phædrum autē etiā amaret: quotidieq; inter nos ea quæ audiebamus conferebamus: ne que erat unq̄ controuerſia: quid ego intelligerem: ſed quid ꝓbarem. Quid igit̄ eſt inquit. Audire.n. cupio quid non ꝓbes. Principio inquam in phiſycis in quib⁹ ma xime gloriat̄ primum totus eſt alienus. Democrito adiecit ꝑ pauca mutans: ſed ita ut ea quæ corrigere uult: mihi quidē deprauare uideat̄. Ille Atomos quas appellat ideſt corpora indiuidua ꝓpter ſoliditatē cenſet in infinito inani: in quo nihil nec ſum mum nec infimum: nec medium: nec ultimum: nec extremum ſit: ita ferri ut ex con curſionibus iter ſe cohęreſcant: ex quo efficiant̄ ea quæ ſint: quæq; cernant̄ omnia cumq; motū atomorū nullo a principio: ſed ex æterno tempore intelligi conuenire. Epicurus autem in quibus ſequit̄ democritum nō fere labitur: quamq̄ utriuſq; cū multa nō probo: tum illud in primis. q̄ quū in rerꝝ natura duo quærēda ſint: unum quæ materia ſit ex quo quæq; res efficiant̄: alterum quæ uis ſit quæ quicq; efficiat: de materia diſſeruerūt: uim & cauſam efficiēdi reliquerunt. ſed hoc cōmune uitium Illæ Epicuri ꝓprię ruinæ. Cenſet. n. eadem illa indiuidua & ſolida corpora ferri ſuo deorſum pondere ad lineam. hunc naturalem eſſe omniū corporꝝ motum: deide ibi dem homo acutus cum illud occurreret ſi omnia deorſum e regione ferrētur: & ut dixi ad lineam: nunq̄ fore ut Atomis altera alterā poſſit attigere. Itaq; attulit rem cō mentitiā declinare dixit Atomū perpaulum: quo nihil poſſet fieri minuſ: ita effici cō plexiones: & copulationes & ad hæſiones Atomorꝝ inter ſe: ex quo efficit̄ mundus omneſq; partes mundi: queq; in eo eſſent. Quæ quum res tota ficta ſit puerilitēr: tū ne efficit quod uult: nā & ipſa declinatio ad libidinē fingit̄: ait. n. declinare atomum ſine cauſa: quo nihil turpius phyſico: q̄ fieri ſine cauſa quicq̄ dicere. Et illud motum naturalē oium pōderum: ut ipſe cōſtituit e regione inferiorem locum petentiū ſine cauſa eripuit atomis: nec tamē id cuius cauſa id finxerat aſſecutus eſt: nā ſi omnes atomi declinabunt nullæ unq̄ cohæreſcent: ſiue aliæ declnabunt: aliæ ſuo nutu recte ferentur: primum erit hoc quaſi ꝓuincias atomis dare: quæ recte: quæ oblique ferā tur: deinde eadem illa atomorꝝ: in quo etiam Democritus hæret: turbulenta concur ſio: hunc mundi ornatum efficere non poterit: ne illud quidē phyſici eſt credere ali quid eſſe minimum: quod ꝓfecto nunq̄ putauiſſet ſi a Polyene familiari ſuo geome triam diſcere maluiſſet: q̄ illam etiam ipſum dedocere. Sol Democrito magnus uide tur: quippe homini erudito: in geometriaq; perfecto: huic bipedalis fortaſſe: tantum enim eſſe cenſet quātus uidetur: uel paulo aut maiorem: aut minorem. Itaq; mutat ea corrumpit quæ ſequitur: quę ſunt tota Democriti. Atomi inanes imagines: quæ idola nominant: quorum incurſionem non ſolum uideamus: ſed etiam cogitemus: infinitio ipſa quam apiriam uocant: tota ab illo eſt. tum innumerabiles mundi: qui & oriantur: & intereant quotidie. Quæ & ſi mihi nullo modo ꝓbantur: tamen De

mocritum laudatum a caeteris:ab hoc qui eum unum secutus esset Nollem uitupe ratum:Iam in altera philosophiæ parte quæ est quęrendi hac disserendi quę logice dicitur iste noster plane:ut mihi quidem uidetur:inermis ac nudus est: Tollit diffi nitiones: nihil de diuidēdo:ac partiēdo docet:non quomodo efficiatur concludat' q; ratio tradit:non qua uia captiosa soluantur:ambigua distinguantur:ostendit.Iu dicia rerum in sensibus ponit.quibus si semel aliquid falsi pro uero probatū sit:sub latum esse omne iudicium ueri & falsi putat.confirmat autem illud uel maxime:q; ipsa natura ut ait ille asciscat & reprobet idest uoluptatē & dolorem.Ad hęc & quę sequamur & quę fugiam9refert omnia:Quod q̄q̄ Aristippi est:a Cyrenaicisq; me lius liberiusque defenditur:tamen eiusmodi esse iudico:ut nil homine uideatur indi gnius. Ad maiora enim quædam nos natura genuit & cōformauit:ut mihi quidē uidetur:ac fieri potest ut errem:sed ita prorsus existimo:neq; eum Torquatum qui hoc primus cognomen inuenerit:aut torquem illum hosti detraxisse:ut aliquam ex eo perciperet corpore uoluptatem:aut cum latinis Tertio consolatu conflixisse apud Veserim propter uoluptatem:Quod uero secuti percusserit filium:priuauisse se etiam uidetur multis uoluptatibus:quum ipsi naturę patrio quoq; amori prętu lerit ius maiestatis atq; imperii. Quid.L. Torquatus is qui consul cum.Gn̄.Octa uio fuit:quum illam seueritatem in eo filio adhibuit:quem in adoptionem .D .Syl lano māciparat:ut eum macedonū legatis accusantibus quod pecunias p̄torem in prouincia cepisse arguerent causam apud se dicere iuberet: reque ex utraq; pte au dita:pronunciasset eum nō talem uideri fuisse in imperio quales eius maiores fuis sent:& in conspectum suum uenire uetuit. Nūquid uidetur tibi de uoluptatibus su is cogitauisse:sed ut omittam pericula:labores:dolorē:etiam quem:optimus quisq; pro patria:& pro suis suscipit:ut non modo nullam captet:sed etiam prætereat om nes uoluptates:dolores deinq; quos uis suscipere malit:q̄ deserere ullam officii par tem: ad ea quæ hoc non minus declarant sed uidentur leuiora ueniamus. Quid ti bi Torquate? quid huic Triario litteræ? quid historiæ:cognitioq; rerū? quid pœta rum euolutio? Quid tanta tot uersuum memoria uolptatis affert? Nec mihi illud di xeris.Hęc enī ipsa mihi sunt uoluptati:& erāt illa Torquatis.Nūq̄ hoc ita defendit Epicurus:neq; uero tu Triari:aut q̄sq̄ eorū qui aut sapet aliquid:aut ista didicisset Et quod quęrit' sępe:cur tam multi sunt Epicurei:sūt alię quoq; causę sed multitu dinem.hoc maxie allicit:q; ita putat dici ab illo recta & honesta quę sint:ea fac ere ipsa p se lęticiā.i.uoluptatem:homines optimi non intelligūt totā rationem euerti si ita se res habeat.Nam si concederet':etiam si ad corpus nihil referrat':ista sua spō te & per se esse iocunda:per se esset uirtus & cognitio rerum: quod minie ille uult expetenda.Hęc igitur Epicuri non probo inquā:de cętero uellem equidem aut ip se doctrinis fuisset instructiori est enim q; ita tibi uideri necesse est nō satis polit9 Iis artibus quas qui tenent:eruditi appellantur:aut ne deteruisset alios a studiis. q̄q̄ te quidem uideo minime esse deterritum.Quę cū dixissem magis ut illum prouoca rē:quā ut ipse loquerer.Tum Triarius leniter aridens.Tu quidē iquit totum Epi curū pene e philosophorū choro sustulisti:quid ei reliquisti? nisi te quoq; ut id mō loqueret' intelligere qd diceret:aliena dicit in physicis:nec ea ipsa quę tibi ꝓbarent'

sed si qua in his corrigere uoluit: deteriora fecit differendi artem nullam habuit uo luptatem quum summum bonum diceret. Primo i eo ipso parum uidit: deinde hoc quoque alienum. Nam ante Aristippus: & ille melius. Et enim quoniam detractis de homine sensibus: addidisti ad extremum: etiam indoctum fuisse. fieri inquam o Triari nullo pacto potest ut non dicas quid nō probes eius a quo dissentias. Quid enim me prohiberet Epicureum esse: si probarem quę diceret ille? quum præsertim illa prædiscere ludus esset. Quamobrem differentium interse repræhensiones non sunt uituperandæ: maledicta: contumeliæ: tum iracundiae cōtētōnes concertatōnesque in disputando pertinaces indignę philosophia mihi uideri solent. Tunc torquatus inquit prorsus assentior. Neq; enim disputari sine reprehēsione: nec cū iracūdia aut pertinacia recte disputari potest. Sed ad hæc: nisi molestum est: habeo quæ uelim. At me inquam nisi te audire uellem: censes hæc dicturum fuisse? Vtrum igitur percurri omnem Epicuri disciplinam placet: aut de una uoluptate queri de qua omne certamen est? Tuo uero id quidem arbitratu: sic faciam igitur inquit: unam rem explicabo eamq; maximā de physicis alias: & quidem tibi & declinationem istam Atomorum & magnitudinem solis probabo & Democriti errata ab Epicuro repræhensa: & correcta permulta. Nūc dicam de uoluptate nihil scilicet noui: ea tamen quæ teipsum probaturum esse confidam. Certe inquam pertinax non ero: tibique si mihi probabis ea que dices libenter assentiar. Probabo inquit modo ista sis æquitate quam ostendis: sed uti oratione perpetua malo q̄ interrogare aut interrogari. Vt placet inquam: tunc dicere exorsus est. Primum igitur inquit agā sic ut ipsi auctori huius disciplinę placet. Constituam quid & quale sit id de quo quærimus non quo ignorare uos arbitrer: sed ut ratione & uia procedat oratio. Quærimus igitur: quid sit extremum: quid ultimum bonorum: quod omnium philosophorum sententia tale debet esse: ut ad id omnia referri opporteat: ipsum autē nusq̄: hoc Epicurus in uoluptate ponit: quod summum bonum esse uult: summumq; malum: dolorem: idq; instituit docere sic. Omne animal simulatq; natum sit uoluptatem appetere: eaque gaudere ut summo bono: dolorem aspernari: ut summum malum & quantum possit a se repellere: idq; facere nondum deprauatum: ipsa natura incorrupte atque integre iudicante. Itaque negat opus esse ratione: nec disputatione: quamobrem uoluptas expetenda: fugiendus dolor sit. Sentiri hoc putat ut calere ignem: niuem esse albam dulce mel: quorum nihil opporteret exquisitis rationibus confirmare: tantum satis esse admonere. interesse enim inter argumentum conclusionemq; rationis: & iter mediocrem animaduersionem atq; admonitionē: altera occulta quædā & quasi inuoluta aperiri: altera prompta & aperta iudicari. Et enim quoniā detractis de homine sensibus reliqui nihil est: necesse est quid aut secūdum naturā aut contra sit a natura ipsa iudicari: uoluptatem etiam & per se expetēdam esse: & dolorem ipsum per se esse fugiendum. & enim quid præcipit & quid iudicat: quo aut petat: aut fugiat aliquid: præter uoluptatem & dolorem? Sunt autem quidam e nostris qui hæc subtilius uelint tradere: & negēt satis esse quid bonum sit: aut quid malum sensu iu

dicari:sed animo etiam ac ratione intelligi posse:& uoluptatem ipsam per se esse ex petendā:& dolorem ipsum per se esse fugiendum. Itaq; aiunt hāc quasi naturalem atque insitam in animis nostris esse notionem:ut alterum esse appetedum:alterum aspernādum sentiamus. Alii autem:quibus assentior:quum a philosophis complu ribus permulta dicuntur:cur nec uoluptasin bonis sit numeranda:nec in malis do lor:non existimant opportere:nimium nos causæ confidere: sed & argumentandū & caute disserendum:& rationibus conquisitis de uoluptate & dolore disputandū putant:Sed ut perspiciatis unde omnis iste natus sit error uoluptatem accusantium doloremq; laudantium totam rem aperiam:eaque ipsa quæ ab illo inuentore uerita tis & quasi architecto beatæ uitæ dicta sunt:explicabo. Nemo enim ipsam uolupta tem:quia uoluptas sit:aspernatur:aut oderit:aut fugiat:sed quia consequuntur ma gni dolores eos:qui ratione uoluptatem sequi nesciūt. Neq; porro quisq̄ est qui do lorem ipsum quia dolor sit amet:consectetur:adipisci uelit:sed quia nō nunq̄ eiusmo di tempora incidunt:ut labore & dolore magnam aliquam quærat uoluptatem. ut enim ad minima ueniam:quis nostrum exercitationē ullam corporis suscipit labo riosam:nisi ut aliquid ex ea commodi consequatur? Quis auten uel eum iure repræ henderit qui in ea uoluptate uelit esse qua nihil molestiæ cōsequatur? uel illum qui dolorem eum fugiat quo uoluptas nulla pariatur? atq; uero eos & accusamus:& iu sto odio dignissimos ducimus:qui blanditiis præsentium uoluptatum deliniti atq; corrupti:quos dolores:& quas molestias excepturi sint:occecati cupiditate nō pui dent. similiq; sunt in culpa qui officia deserunt mollitiæ animi. i. laborū & dolorum fuga:& harum quidem rerum facilis est & expedicta distinctio. Nā libero tempore quum soluta nobis est eligēdi optio:cumque nihil impedit quominus id quod ma xime placeat facere possimus:omnis uoluptas assumenda est:omnis dolor depellē dus. Temporibus autem quibusdam:aut officiis debitis: aut rerum necessitatibus sæpe eueniet:ut & uoluptates repudiandae sint & molestiæ non recusandæ. Ita que harum rerum hic tenetur a sapiente delectus: aut ut reiciendis uoluptatib9 maiores alias consequatur: aut perferendis doloribus asperiores repellat. Hanc ego quum teneam sententiam quid est cur uerear ne ad eam non possim: acco modare Torquatos nostros quos tu pauloante tum memoriter: tum etiam erga nos amice & beniuole collegisti. Nec me tamē laudādis maioribus meis corripuisti Nec segniorem ad respondendum redidisti: quorum facta quemadmodum quæ so interpretaris? Siccine eos censes aut in armatum hostem impetum fecisse? aut in liberos: aut in sanguinem suum tam crudeles fuisse nihil ut de utilitatibus: ni hil de commodis suis cogitarent? At id ne feræ quidem faciunt ut ita ruant ita que turbentur: ut earum motus & impetus quo pertineant. non intelligamus tu tā ægregios uiros censes tantas res gessisse sine causa? Quæ fuerit causa mox uidero. Interea hoc tenebo si ob aliquā causam. ista q̄ sine dubio præclara fūt fecerit uirtutem his ipsam per se tam̄ non fuisse. torquem detraxit hosti:& quidem se te

xit:ne interiret.at magnum periculū adiit:in oculis quidem exercitus. Quid ex eo eſt cōſecutus? Laudē & caritatē:quę ſunt uitę ſine metu degēdę p̄ſidia firmiſſima filium morte mulctauit:ſi ſine cauſa: nollem me ab eo ortum tam in opportuno:tā que crudeli:ſin ut dolore ſuo ſanciret militaris imperii diſciplinam:exercitumque in grauiſſimo bello animaduerſionis metu cōtineret:ſaluti proſpexit ciuium qua intel ligebat contineri ſuam:Atq; ad hęc ratio ſatis patet. In quo.n.maxime conſueuit ia ctare ueſtra ſe oratio:tua præſertim qui ſtudioſe antiqua ꝓſequeris:claris & fortib⁹ uiris commemorandis:eorumq; factis non emolumento aliquo:ſed ipſius honeſta tis decore laudandis:id totum euertitur:eo delectu rerum:quem modo dixi:cōſtitu to:ut aut uoluptates omitantur maiorum uoluptatum adipiſcēdarum cauſa:aut do lores ſuſcipiantur maiorum dolorum effugiēdorum gratia:Sed de clarorum homi num factis illuſtribus & glorioſis ſatis hoc loco dictum ſit.erit enim iam de omniū uirtutum curſu ad uoluptatem proprius diſſerendi locus:nūc autem explicabo uo luptas ipſa quæ:qualiſq; ſit:ut tollatur error omnis imperitorum. Intelligaturq; ea quæ uoluptaria:delicata:mollis habeatur diſciplina:q̄ grauis:q̄ continens:q̄ ſeuera ſit.Non enim hanc ſolam ſequimur quæ ſuauitate aliqua naturam ipſam mouet: & cum iocunditate quadam percipitur ſenſibus:ſed maximā illam uoluptatē habe mus quę ꝓcipitur omni dolore detracto.Nā qm̄ cū priuamur dolore:ipſa liberatōe & uacuitate oīs moleſtię gaudem⁹:oē aūt id quo gaudem⁹:uoluptas eſt ut omne quo defendimur dolor.doloris oīs priuatio recte eſt nomiata uoluptas. Vt.n.cum cibo & potione fames ſitiſq; depulſa eſt:ipſa detractio moleſtię cōſecutionem affert uoluptatis:ſic i omni re doloris amotio:ſucceſſionē efficit uoluptatiſ.Itaq; nō placu it epicuro mediū eſſe quidā inter dolorē & uoluptatē.Illud enim ipſum quod qui buſdā medium uidetur cum omni dolore caret:non modo uoluptatem eſſe:ſed ſū mam uoluptatem quiſqs enim ſentit quemadmodum ſit affectus:cum neceſſe eſt aut in uoluptate eſſe aut in dolore.Omni autem priuatione doloris putat epicurus terminari ſummam uoluptatem :ut poſtea uariari uoluptas diſtinguiq; poſſit:au geri amplificariq; non poſſit :At etiam athenis :ut a patre audiebam facete & urba ne ſtoicos arridente:ſtatua eſt in cerramico Chryſippi ſedētis porrecta manu quę manus ſignificat.Illum in hac eſſe rogaciuncula delectatum. Nunquid nam ma nus tua ſic affecta quemadmodum affecta nunc eſt deſiderat? nihil ſane at ſi uo luptas eſſet bonum deſideraret.Ita credo.cū eſt igitur uoluptas bonum:hoc ne ſta tuam dicturam quidem pater aiebat:ſi loqui poſſit uerum.Concluſum eſt enim cō tra Cyrenaicos ſatis acute:nihil ad epicurum.Nam ſi ea ſola uoluptas eſſet quæ quaſi titillaret ſenſus:ut ita dicam & ad eos cum ſuauitate affluueret:& illabaretur. nec manus eſſe contenta poſſet ulla uacuitate doloris:ſine iucundo motu uolupta tis:ſin autem ſumma uoluptas eſt ut Epicuro placet nihil dolere :Primum tibi recte Chryſippe conceſſum eſt nihil deſiderare manum:cum ita eſſet affecta : ſecundū: nō recte ſi uoluptas eēt bonū:fuiſſe deſideraturā.Idcirco.n.non deſideraret: qa qđ dolore caret id i uoluptate ē:extremū aūt eſſe bonorū uoluptatē ex hoc facilię ꝓſpi ci pōt:Conſtituamus aliquē magnis:multis:ꝑpetuis fruentē & aio & corpore uo luptatib⁹:nullo dolore neq; ipediēte nec ipēdēte:quē tādē hoc ſtatu aut p̄ſtabiliorē

aut magis expetendum possimus dicere? Inesse.n.necesse in eo qui ita sit affectus: & firmitatem animi nec mortem:nec dolorem timetis:q; mors sesu careat: dolor in longinquitate lenis:in grauitate breuis soleat esse:ut eius magnitudinē celeritas:diu turnitatem alleuatio consoletur. Ad ea tum accedit:ut neq; diuinū numen horreat: nec præteritas uoluptates affluerę patiat? eaq; assidua recordatione lætet?. Quid est quod huic possit:quod melius sit accedere? Statue cōtra aliquem confectum tā tis animi corporisq; doloribus:q̄ti in hominem maxime cadere possunt:nulla spe p posita fore leuius aliq̄to:nulla præterea nec præsenti:nec expectata uoluptate:quid eo miserius dici:aut fingi potest?q; & si uita doloribus referta maxime fugienda est summū ꝓfecto malum est uiuere cum doloribus. Cui sententiæ consentaneū est ultimū esse bonoq; cum uoluptate uiuere. Nec.n.habet nostra mens quicq̄ ubi cō sistat tanq̄ in extremo:omnesq; & metus & ægritudines ad dolorē referuntur. Nec pręterea est res ulla:quæ sua natura aut solicitare possit:aut frangere. Præterea & appetēdi & refugiendi & omnino req; gerēdarū initia ꝓficiscuntur:aut a uoluptate aut a dolore:& quum ita sit pspicuum est omnes rectas res atq; laudabiles eo ferri: ut cum uoluptate uiuatur. Qm̄ autem id est uel summū bonorum:uel ultimum ul extremū quod græci Telos nomināt:& ipsum nullam ad aliam rem:ad id autē res referuntur omnes:fatendum est summum esse bonū iucunde uiuere. Id qui in una uirtute ponunt:& splendore nominis capti:quid natura postulet non intelligent:er rore maximo si Epicuq; audire uoluerint liberant?:istæ.n.nostræ eximię pulchræq; uirtutes:nisi uoluptates efficerent:quis eas aut laudabiles aut expetēdas arbitraret? Vt. n. medicoq; scientiam non ipsius artis:sed bonæ ualitudinis causa ꝓbamus: & gubernatoris ars quia bene nauigandi rationem habet utilitate:non arte laudatur. Sic sapientia quę ars uiuendi putanda est nō expeteretur si nihil efficeret:nūc expe titur q; est tanq̄ artifex conquirendæ & cōparadæ uoluptatis. Quam autem dicam uoluptatem iam uidetis:ne inuidia uerbi labefactet? oratio mea.nam cū ignoratōne rerum bonarum & malarum maxime hominū uita uexetur:ob eumq; errorem & uoluptatibus maximis sæpe priuentur:& prauissimis:animi doloribus torqueant?: sapientia est adhibenda:quæ & terroribus:cupiditatibusq; detractis& omnium fal saq; opinionum temeritate direpta:certissimam se nobis ducem præbeat ad uolupta tē. Sapientia enim est una quæ mœstitiam pellat ex animis:q̄ nos exhorrescere mo tu non sinat:qua præceptrice in trāquilitate uiui potest: omniū cupiditate ardore re stincto. Cupiditates.n.sunt insatiabiles quæ nō modo singulos homines:sed uniuer sas familias euertunt:totam etiam labefactant sæpe rem pu. ex cupiditatibus odia: discidia:discordiæ:seditiones:bella nascuntur. Nec hæ sese foris solum iactāt:nec tan tum in alios cæco impetu incurrūt:sed intus etiam in animis inclusæ inte se dissidēt atq; discordāt. Ex quo uitam amarissimam nec esse est effici ut solum amputata cir cūcisaq; inanitate omni & errore:naturæ finibus contentus sine ægritudine possit: & sine metu uiuere. Quæ est.n.aut utilior:aut ad bene uiuendum aptior partitio q̄ illa:qua est usus Epicurus? qui unum genus posuit earum cupiditatum quæ esse sent & naturales & necessariæ:alterum:quæ naturales essent nec tamen necessa / riæ: Tertium quæ nec naturales nec necessariæ:quarum ea ratio est:ut necessariæ:

nec opera multa: nec impensa expleantur:ne naturales quidem multa desiderant propterea quod ipsa natura diuitias quibus contenta sit & parabiles & terminatas habet. Inanium autē cupiditatū nec modus ullus:nec finis inueniri potest. Quod si uitam omnē perturbari uidemus errore & inscitia. scientiāq; esse solam quę nos a libidinū impetu & formidinū terrore uindicet:& ipsius fortunæ modeste ferre doceat iniurias:& omnes uias quæ ad quietē & trāqlitatē ferāt:quid est cur dubitemus dicere & sapientiam ꝓpter uoluptatē expetēdam & inscipientiam ꝓpter molestias esse fugiēdā? eadēq; ratione ne tēperantiam quidē propter se expetendam esse dicemus:sed quia pacē animis afferat:& eos quasi concordia quadam placet ac leniat. Teperantia est. n. quæ in rebus:aut expetendis:aut fugiēdis:ut ratione sequamur monet:nec.n.satis est iudicare qd faciendū nō faciēdumue sit. sed stare etiā oportet in eo quid sit iudicatū. Pleriq; autē quod tenere atq; seruare id quod statuerūt: non possunt uicti:& debilitati obiecta spetie uoluptatis:tradūt se libidinibus constringēdos. Nec quid ꝓuentuꝝ sit prouident:ob eamq; causam ꝓpter uoluptatē & paruā & non necessariā:& quę uel aliter pararet:& qua etiā carere possent sine dolore:tū in morbos graues:tum in damna:tum in dedecora incurrūt. Sæpe etiā legum:iudiciorꝝq; pœnis obligant. Qui autem ita frui uolunt uoluptatibus: ut nulli ꝓpter eas dolores consequant:& qui suū iudicium retinēt ne uoluptate uicti faciant:id quod sentiunt non esse faciendū:hi uoluptatē maximā adipiscunt pretermitēda uoluptate iidē etiam dolorē sæpe perpetiunt:ne si id no faciant incidant in maiorē. Ex quo intelligit nec in tēperantiā propter se fugiendam esse:temperantiāq; expetendā nō quia uoluptates fugiat:sed qa maiores cōsequat. Eadē fortitudinis ratō repiet. Nā neq; laboꝝ perfūctio:ne ppessio doloꝝ p seipsa allicit:nec pacietia:nec assiduitates: nec uigiliæ:nec ea ipsa quæ laudat industria:nec fortitudo quidē:sed ista sequimur ut sine cura:metuq; uiuamus:animūq; & corpus:q̄tū efficere possimus molestia liberemus. Vt.n.mortis metu omnis quietæ uitæ status pturbat:& ut succūbere laboribus:eosq; humili animo imbecilloq; ferre miseꝝ ē:ob eāq; debilitatē animi multi parentes:multi amicos:nōnulli patriā:plæriq; autē seipsos penitus pdiderūt. sic robustus animus & excelsus omni ē liber cura:& angore:& mortē contēnit:qua qui affecti sunt:in eadē causa sunt:qua anteq̄ nati:& ad dolores ita patus est:ut meminerit maximos morte finiri:puos multa habeꝝ iterualla qetis mediocriū:nos esse dños ut si tolerabiles sint feramus:sin minus:æquo animo e uita:quum ea non placeat tā quā e Theatro exeamus:quibus rebus itelligit nec timiditatē ignauiāq; uituperari nec fortitudinem pacietiamq; laudari suo nomine:sed illas reiici quia dolorem pariant:has optari qa uoluptatē. Iustitia restat ut de omni uirtute sit dictū:sed similia fere dici possunt. Vt.n.tēpantiā:sapientiā:fortitudinē:copulatas esse docui cum uoluptate: ut ab ea nullo modo nec diuelli:nec distrahi possint:sic de iustitia iudicādum ē quæ non mō nunq̄ nocet cuiq̄:sed contra semp alit aliquid: tū ui sua:atq; natura:ꝙ trāquillet animos:tum spe nihil eaꝝ reꝝ defutuꝝ:quas natura deprauata desiderat Quemadmodum temeritas:& libido:& ignauia:semp animum excruciant: & semper solicitant:turbulentæque sunt:sic cuius in mente consedit:hoc ipso ꝙ adest: turbulenta non potest fieri:& si uero molita quippiam est q̄is occulte fecerit:nūquam

tamen cõfidet id semp occultũ: Plerũq; morborũ facta prio suspitio ĩsequi tur: deide sermo: atq; fama: tũ accusator: tũ iudex: multi ẽt ut te cõsule ipsi se iudicauerũt. Quod si q satis cũ hoium sibi cõtra cõscientiã septi ee & muniti uidẽt: deoꝝ tamẽ horret: easq; ipsas sollicitudines q̃bus eoꝝ aĩ noctesq; dies q; exedũtur a diis ĩmortalib9 supplicii cã ĩportari putãt. Quę aũt tãta ex im probis factis ad mĩuẽdas uitę molestias accessio fieri põt: q̃ta ad augẽdas tũ cõsciẽtia factoꝝ: tũ poena legũ: odioq; ciuiũ: & tamẽ in q busdã neq; pecunię mod9 ẽ: nec honoris: nec ĩperii: nec libidinũ: nec epulaꝝ: nec reliquaꝝ cupidi tatũ: q̃s nulla pręda unq̃ ĩprobe parta minuit: sed auget potius atq; iflãmat: ut coercẽdi magis q̃ dedocẽdi ee uideãtur: ĩuitat igit uera rõ bene sanos ad iu stitiã: eqtatẽ: fidẽ: Neq; hoi ĩfanti atq; ĩpotẽti iiuste facta cõducũt: q nec faci le efficere possit: qd conetur: nec obtinere si effecerit: & opes uel fortunę uel ĩgenii liberalitati magis cõueniũt: qua q utũtur beiuolẽtiã sibi cõciliãt: & qd aptissimũ ẽ ad qete uiuẽdũ caritatẽ pręserti quũ oio nulla sit cã ꝓ ecẽdi. Quę enĩ cupiditates a natura ꝓficiscũtur facile explent sine ulla iiuria: quę aũt in anes sũt: his parẽdũ nõ ẽ. nihil. n. desiderabile cõcupiscũt: plusq; in ipsa iiuria detrimẽti ẽ q̃ in his reb9 emoluẽti: quę iniuria pariũtur. Itaq; ne iustitiã q- dẽ recte qs dixerit ipse ipsã optabilẽ: sed qa iucũditatis uel plurimũ afferat. Nã diligi & eaꝝ ee iucũdũ ẽ: ꝓpterea qa tutiorẽ uitã & uoluptatẽ efficit pleniorẽ. Itaq; nõ ob ea solũ icõmoda quę eueniũt ĩprobis fugiẽdã ĩprobitatem putam9: sed multo ẽt magis q; cuius in aio uersatur: nũq̃ sinit eũ respirare: nũ q̃ acqescere. Quod si ne ipsaꝝ qdẽ uirtutũ laus ĩ qua maxie ceteroꝝ philosophoꝝ exultat oratio repire põt extũ nisi dirigatur ad uoluptatẽ. Voluptas autẽ ẽ sola quę nos uocet ad se: & allicĩat suapte natura: nõ põt ee dubiũ qn id sit sũmũ atq; extremũ bonoꝝ oium: beatęq; uiuere nil aliud sit nisi cũ uoluptate uiuere. huic certe stabiliq; sẽtẽtię quę sint cõiũcta explicabo breui. Null9 in ipsis error ẽ finib9 bonoꝝ & malorũ id ẽ in uoluptate: aut ĩ dolore sed in his reb9 peccãt. quũ eq̃bus hęc efficiantur ignorãt. Aĩ aũt uoluptates & dolores nasci fateamur e corpis uoluptatib9 & doloribus: Itaq; cõcedo qd mõ dicebas cedere causę si q e nr̃is aliter existimãt: quos qdem uideo ee multos sed ĩperitos. Quãq̃ autẽ & lętitiã nobis uoluptas ai: & molestiã dolor af ferat: eoꝝ tamẽ utrũq; & ortũ ee e corpoꝝ & ad corp9 referri: nec ob eã cãm nõ multo maiores ee & uoluptates & dolores aĩ: q̃ corpis: Nã copore nihil nisi pręsens & qd adest sẽtire possum9: Aio aũt & pręterita & futura. Vt enĩ eque doleamus animo cum corpore dolemus: fieri tamen per magna accessio po test: si aliquod ęternum & infinitum impendere malũ nobis opinemur: quod idem licet transferre in uoluptatem: ut ea maior sit si nihil tale metuamus. iã illud quidem perspicuum est maximam animi: aut uoluptatem: aut molesti am: plus aut ad beatã aut ad miserã uitã afferre momenti: q̃ corũ utrũ uis: si eque diu sit in corpe. Nõ placet aũt detracta uoluptate egritudinẽ stati conse q nisi ĩ uoluptatis locũ dolor forte successerit: At cõtra gaudeꝝ nosmet omit tẽdis doloribus: ẽt si uoluptas ea quę sẽsũ moueat: nulla successerit: eo ĩtelligi

pōt q̄ta uoluptas nō doleꝛ sit: sed ut his nobis erigimur q̄ expectam9: sic le tamur his quę recordamur. Stulti aūt maloꝝ memoria torquētur: Sapiētes bona pręterita renouata grata recordatione delectāt. Est aūt sitū in nobis ut q̄si ppetua obliuiōe obruamus: & secūda iucūde ac suauiter meminerimus. Sed cū ea quę pręterierūt acri animo & attento intuemur: tūc fit ut ęgritudo sequatur si illa mala sint. lętitia si bona. ω. pręclarā beate uiuēdi & aptam & simplicē & directā qua itur uiā. quū. n. certe nihil homini possit melius eē: q̄ uacare omni dolore: perfruiq; maximis & animi & corporis uoluptatibus: uidetis: ne qua nihil prętermittatur quo uitā adiuuet: facilius id quod ꝓpositū est summū bonū cōsequatur. Clamat Epicur9 is quē uos nimis uoluptatibus esse deditū dicitis non posse iucunde uiui nisi sapienter: honeste iusteq; uiuatur. nec sapienter: honeste iuste nisi iucunde. Neq; enī ciuitas in seditione pōt esse beata: nec in discordia dominorū domus: quo minus animus a se ipse discidens secūq; discordās: gustare partē ullam liquidę uoluptatis & libere poteſt. Atqui pugnātibus & contrariis studiis: cōsiliisq; semper utens nihil qete uidere: nihil trāquille poteſt. Quod si corporis grauioribus morbis uitę iucūditas impeditur: quāto magis animi morbis ipediri necesse est. Animi aūt morbi sunt cupiditates immensę: & inanes diuitiaꝝ glorię: dominationes: libidinosaꝝ etiā uoluptatū accedūt ęgritudines: molestię: Męrores q̄ animos exedūt cōficiuntq; curis: hominum nō intelligētiū. Nihil dolēdū eē animo: quod sit a dolore corporis pręsenti: futuroue seiūctū. Nec uero quisq̄ stultus horꝝ morborum aliquo laborat. Nemo igitur est non miser: accedit etiā mors quę quasi saxū Tātalo semp ipendet. Tū supstitio qua qui est ibutus: qet9 esse numq̄ poteſt. Prętereą bona prętērita nō meminerīt: pręsētib9 nō fruūtur: futura mō expectāt: quę qa certa esse nō possūt cōficiūtur & angore: & metu. maxieq; cruciātur quū sero sentiūt frustra se aut pecunię studuisse: aut iperiis aut opib9: aut glorię. Nullas. n. consequūtur uoluptates: q̄rū potiēdi: spe flāmati: multos labores magnosq; suscepērāt. Ecce aūt alii minuti & angusti: aut omnia semp desperātes: aut maliuoli: iuidi: difficiles: lucifugi: maledici: mōstruosi. alii autē etiā amatoriis lęuitatibus diditi: alii appetēdo oīa petulātes: alii audaces: ꝓterui: iidē intemperātes & ignaui: nunq̄ īsententiā ꝑmanentes: quas ob causas ī eorū uita nulla est intercapedo molestię. Igitur nec stultorum quisq̄ beatus: neq; sapientium nō beatus: Multoq; hoc melius nos: uerius q̄ stoici. illi enī negant bonū quicq̄ eē nisi ineſcio quā illā umbrā quod appellāt honestū non tā solido quā splēdido nomine. Virtutē aūt nixā hoc honesto nullā requirere uoluptatē: atq; ad beate uiuendū se ipsā esse cōtentā, sed possunt hęc quadā rōe dici: non mō nō repugnātibus: uerū etiā approbantibus nobis. Sic. n. ab Epicuro sapiens semp beat9 inducitur: finitas hēt cupiditates: negligit mortē. de diis īmortalibus sine ullo metu uere sētit: nō dubitat si ita melius sit migrare de uita. his rebus īstructus semp ē ī uoluptate. Neq;. n. tēpus ē ullū quo non plus habeat uoluptatū q̄ dolorū: Nā & prętērita grate meminit: & pręsentibus ita potitur: ut animaduer-

tat quanta sint ea:quāq; iucunda. Neq; pendet ex futuris:sed expectat illa:fruitur p̄sentibus:ab hisque uitiis quę pauloante collegi abest plurimū:& quū stultoꝝ uitā cū sua cōparat:magna afficit' uoluptate:dolores aūt si qui incurrūr:nunq̄ uim tan tam hñt:ut non plus habeat sapiens:quod gaudeat:q̄ q̄ agatur. Optie uero Epicu rus q̄ exiguā dicit fortunā interuenire sapienti:maximasq; & ab eo grauissimas res cōsilio ipsi9:& rē e administrari:nec maiorē uoluptatē ex infinito tempore ætatis p cipi posse quā ex hoc percipiat' :qđ uideamus esse finitum. In dialectica aūt uestra nullam uiā existimant esse nec ad melius uiuēdū:nec ad cōmodius disserendum:in physicis quod cū plurimum possint:ea scientia & uerboꝝ uis:& natura oratiōis & consequentiū repugnantiūue ratio. pōt p̄spici. Omniū autē reꝝ natura cognita le uamur supstitione:liberamur mortis metu:nō conturbamur ignoratōne reꝝ:e qua ipsa horribiles existūt sępe formidines. Deniq; ēt morati melius erimus quum didi cerimus quę natura desideret. Tum uero si stabilē scientiā reꝝ tenebimus:seruata il la quę quasi delapsa de cœlo est ad cognitionē oium regula:ad quā oia iudicia reꝝ dirrigent' :nunq̄ ullius ratione uicti sentētia desistemus:nisi aūt reꝝ natura p̄specta erit nullo mō poterimus sensuū iudicia defendere:quicqd porro animo cernimus id omne oritur a sensibus:qui si omnes ueri erūt ut Epicuri ratio docet:tū deniq; pote rit aliquid cognosci:& recipi:quos qui tollunt:& nihil posse percipi dicunt:ii remo tis sensibus ne id ipsum quidem expedire possunt:quod disserunt: Præterea subla ta cognitione & scientia tollitur omnis ratio:& uitæ degende & rerum gerendarū. Sic e physicis & fortitudo sumitur cōtra mortis timorē:& constantia cōtra metū re ligionis:& sedatio animi:omniū rerum occultaꝝ ignoratione sublata: & moderatio uera cupiditatū:generibusq; eaꝝ explicatis & ut mō docui cognitionis regula. & iu dicio ab eadē illa constituto:ueri a falso, distinctio traditur. Restat locus uel huic di sputationi maxime necessarius de amicitia:quā si uoluptas summū sit bonum:affir matis nullā omnino fore:de qua Epicurus quidē ita dicit:Omniū reꝝ quas ad bea te uiuendū sapientia cōparauerit nihil esse maius amicitia nihil uberi9:nihil iucūdi us:neq; uero hoc:orōne solum sed multo magis uita & morib9 cōprobauit:Quod quā magnū si fictę uterū fabulę declarant: In quibus tā multis tāq; uariis ab ultīa antiquitate repetitis:tria uix amicoꝝ paria repiūtur:ut ad Orestē pueniās: p̄fectus a Theseo. At uero Epicurus una in domo:& ea quidē angusta:quā magnos:quan taq; amoris cōspiratione consentiētes tenuit amicoꝝ greges:Quod fit etiā nunc ab Epicureis. Sed ad rē redeamus. de omnibus dici non necesse ē. Tribus igitur mōis uideo a nostris de amicitia disputatū:Alii quū eas uoluptates quę ad amicos ptine rēt negarent esse per se ipsas tā expetendas: quā nr̄as expeteremus:quo loco uide tur quibusdā stabilitas amicitiæ uaccillare:tuēt' tn eū locū:seq; facile:ut mihi uidet' expediūt. Vt. n. uirtutes de quibus ante dictū ē:sic amicitiā negāt a uoluptate pos se discedere. nā quū solitudo & uita sine amicis insidiaꝝ:& met9 plena sit:rō ipa mo net amicitias cōpere:qbus ptis cōfirmat' aius:& a spe pariēdaꝝ uoluptatū se iungi non pōt. Atq; ut odia:iuidia:despicationes aduersantur uoluptatibus:sic amicitię nō modo fautrices fidelissimę sed etiā effectrices sunt uoluptatū:tan amicis: q̄ sibi: quibus nō solū præsentibus fruūtur:sed etiā spe erigunt' cōsequētis ac posteri tpis

Quod quia nullo modo ſine amicitia firmam & perpetuam iocũditatem uitæ tene re poſſumus:nec uero ipſam amicitiã tueri:niſi ęque amicos & nos ipſos diligamuſ idcirco & hoc ipſum efficitur in amicitia:& amicitia cum uoluptate cõnectitur.Nã & lætamur amicoꝝ lætitia æque ac noſtra:& pariter dolemus angoribusquo circa eodem modo ſapiens erit affectus erga amicum quo in ſe ipſum quoſque labores propter ſuam uoluptatem ſuſcepit:coſdem recipiet propter amici uoluptatẽ. Quæ que de uirtutibus dicta ſunt quemadmodum hæc ſemper uoluptatibus inhærent: eadem de amicitia dicenda ſunt. Præclare.n.Epicurus his pene uerbis eadem inquit ſcientia cõfirmauit animum:ne quod aut ſempiternum:aut diuturnum timeret ma lum:quæ perſpexit i hoc ipſo uitæ ſpatio amicitie præſidium eſſe firmiſſimum.Sũt autem quidam Epicurei timidiores paulo contra ueſtra comitia: ſed tamẽ ſatis acu ti:qui uerentur:ne ſi amicitiam propter noſtram uoluptatem expetendã putemus: tota amicitia quaſi claudicare uideatur.Itaq; primos congreſſus:copulationeſq; cõ ſuetudinum inſtituendarum amicitiarum fieri propter uoluptatem.Quum autem uſus progrediens familiaritatem effecerit:tum amorem efflorescere tantum:ut etiã ſi nulla ſit utilitas ex amicicia:tamen ipſi amici propter ſe ipſos amentur & enim ſi loca ſi fana:ſi urbes:ſi gymnaſia:ſi campum: ſi canes: ſi equos:ſi ludicra :exercendi aut uenandi conſuetudines adamare ſolemus:quanto id in hominum cõſuetudine facilius fieri poterit & iuſtius.Sunt autem qui dicunt fœdus quoddam eſſe ſapien tum:ut ne minus amicos quidem ꝙ ſeipſos diligant.Quod & fieri poſſe itelligim9 & ſæpe enim uidemus:& perſpicuum eſt:nihil ad iucunde uiuendum reperiri poſ ſe:quod coniunctione tali ſit aptius.Quibus ex omnibus iudicari poteſt:nõ modo non impediri rationem amicitię ſi ſummum bonum in uoluptate ponatur:ſed ſine hoc inſtitutionem amicitię oio non poſſe reperiri.Qua propter ſi ea quæ dixi ſole ipſo illuſtriora & clariora ſunt:ſi omnia dixi hauſta e fonte naturæ:ſi tota oratio no ſtra omnem ſibi fidem ſenſibus confirmat ideſt incorruptis atq; integris teſtibus:ſi infantes: pueri:mutæ etiã beſtiæ pene loquuntur:magiſtra ac duce natura nihil cẽ proſperum niſi uoluptatem:nihil aſperum niſi dolorem:de quibus neq; deprauate iudicant:neq; corrupte nõ ne ei maximã gratiã hre debemus? ꝙ exaudita quaſi uo ce naturæ:ſic eam firme grauiterq; cõprehenderit:ut omnes bene ſanos in uiam placatæ:tranquillæ:quietæ:beate uitæ deduceret? Qui ꝙ tibi parum uidetur erudi tus:ea cauſa eſt.ꝙ nullã eruditionem eſſe duxit.niſi quæ beatæ uitæ diſciplinã iuua ret:An ille tpũs aut in pœtis euoluendis:ut ego & Triarius te hortatore fecimus cõ ſumeret:in quibus nulla ſolida utilitas:omniſq; puerilis delectatio aut ſe ut Plato in muſicis geometria:numeris:aſtris cõtereret.quæ & a falſis initiis profecta:uera eſſe non poſſunt:& ſi eſſent uera nihil afferent:quo iucundius ideſt quo melius uiuere mus.Eas ergo artes perſequeretur:uiuendi artem tantam:tanque operoſam & per inde fructuoſam relinqueret.Non ergo Epicurus ineruditus:Sed indocti qui quę pueros non didiciſſe turpe eſt:ea putant uſque ad ſenectutem eſſe diſcenda.Quæ quũ dixiſſet explicaui inquit ſententiã meã:& eo quidem cõſilio tuum iudicium ut cognoſcerẽ.Quæ mihi facultas ut id meo arbitratu facerẽ:ãte hoc tpũs nũq; ẽ data

LIBER PRIMVS. EXPLICIT:

niſi ſua: ſi uero id etiam explanare uelles apertius diceres nihil eũ feciſſe niſi uoluptatis cauſa. Quo cum tandem laturũ fuiſſe exiſtimes: Eſto: fecerit ſi ita uis Torquatus propter ſuas utilitates malo enī dicere: q̄ uoluptates ī tanto præferti uiro: Num ēt eius collega. P. Decius Priceps in ea familia cōſulatus quũ ſe deuoueret: & equo admiſſo in mediā aciē latinorũ irruebat aliquid de uoluptatibus ſuis cogitabat: Nā ubi eā caperet aut qñ: quum ſciret confeſtim eſſe moriendũ eamq; mortem ardētio re ſtudio peteret q̄ Epicurus uoluptatē petendā putat. Quod quidē eius factũ niſi eſſet iure laudatũ non eſſet imitatus quarto cōſulat⁹ ſuo filius: neq; porro ex eo natus cũ Pyrrho bellum gerēs conſul cecidiſſet in prælio: ſeq; e cōtinenti genere tertiā uictimā reipublicæ præbuiſſet Contineo me ab exemplis græcis hoc modicum. eſt Leonidas. Epaminundas tres aliqui aut quatuor. Ego ſi noſtros colligere cœpo pſi ciā illud quidē ut ſe uirtuti tradat conſtringendā uoluptas. ſed dies me deficiet: & ut Aulus Varrus q eſt habitus iudex dicere cōceſſori ſolebat: quũ datis teſtibus alii tamē citarent: aut hoc teſtiũ ſatis eſt: aut neſcio qd ſatis ſit. Sic a me ſatis teſtiũ ē dictũ Quid. n. te ipſum digniſſimum maiorib⁹ tuis uoluptas ne induxit ut adoleſcētulus eripes. P. ſyllæ conſulatum? Quem quũ ad patrē tuũ rettuliſſet fortiſſimũ uirũ qualis ille uel conſul uel ciuis cũ ſemper tum poſt conſulatum fuit quo quidem auctore nos ipſi ea geſſimus ut omnibus potius q̄ ipſis nobis conſuluerim⁹. Atq̄ pulchre dicere uidebare quum ex altera parte ponebas cumulatũ aliquē plurimis & maximis uoluptatibus nullo nec præſenti nec futuro dolore: Ex altera autem cruciatibus maximis toto corpore nulla nec adinucta nec ſperata uoluptate & quærebas quis aut hoc miſerior: aut ſupiore illo beatior foret. Deinde cōcludebas ſummum malum eſſe dolorem: ſummū bonum uoluptatē. L. Torius Balb⁹ fuit lauinius quem memi niſſe tu non potes. Is ita uiuebat aut nulla tam exquiſita poſſet inueniri uoluptas: qua non abundaret. erat & cupidius uoluptatum & cuiuſuis generis eius intelligēs & copioſus. Ita non ſuperſticioſus ut illa plurima in ſua patria ſacrificia &: fana contemneret: Ita non timidus ad mortem ut in acie ſit ob rem pu. interfectus Cupiditates non Epicuri diuiſione finiebat: ſed ſua ſatietate habebat: tamen ratione ualitudis utebatur his exercitationibus ut ad cœnam & eſuriens & ſitiens ueniret eo cibo qui & ſuauiſſimus eſſet & idē facillimus ad coquendum. Vino & ad uoluptatem & ne noceret. Cætera illa adhibebat quibus demptis negat ſe Epicurus intelligere: quid ſit bonum: aberat enim omnis dolor. qui ſi adeſſet ne moliter ferret: & tantū medicis pluſq̄ philoſophis uteretur: color egregius: integra ualitudo: ſumma gratia: uita denique cōferta uoluptatum omnium uarietate. hunc uero beatū oratio ueſtra qdē ſic cogitat. Ego huic quē anteponā non audeo dicere: dicet pro me ipſa uirtus: nec dubitabit iſti ueſtro beato. M. Regulū anteponere. quem quidem quum ſua uolūtate nulla ui coactus præter fidem quam dederat hoſti: ex patria carthaginem reuertiſſet: tū ipſum cū uigiliis & fame cruciaretur: clamat uitus beatiorem fuiſſe q̄ potantē in roſa Torium bella magna geſſerat is: bis cōſul fuerat triumpharat: nec tñ ſua ſupiora illa tā magna nec tā præclara ducebat q̄ illū ultimū caſum quē pp fidem conſtantiā q̄ ſuſceperat: qui nobis miſerabilis uidet audientibus: illi ppetienti erat uoluntarius nō. n. hylaritate nec laſciuia nec riſu aut ioco comite leuitatis. ſed ſæpe etiā triſtes firmitate & cōſtātia ſūt beati: Stuprata per uim Lucretia a regis filio teſtata ciuesſe ip

ſam interemit :hic dolor populi.ro. duce & auctore Bruto cā ciuitati libertatis fuit ob eiuſqꝫ mulieris memoriā primo āno & uir & pater eius cōſul eſt factus. Tenuis. L.uirginius unuſqꝫ de multis ſexageſimo anno poſt libertatē receptā uirginē filiam ſuā manu occidit: potius quā ea.P.claudii libidini q̄ tū erat ſummo impio dederetur Aut hæc tibi Torquate ſūt uitupanda:aut patrociniū uoluptatis repudiādū. Quod autem patrocinium:aut quæ iſta cā eſt uoluptatis quæ nec teſtes ullos e claris uiris nec laudatores poterit adhibere:ut.n.nos ex annalium monumētis teſtes excitam⁹ eos quorꝫ oīs uita cōſumpta eſt in laboribus glorioſis:qui uoluptatis nomē audire nō poſſent:ſic in ueſtris diſputationibus hiſtoria muta eſt.Nunq̄ audiui in Epicuri ſchola Lycurgū :Solonem:Miltiadē:Themiſtoclem:Epaminondā nominari: qui in ore ſunt cęterorꝫ omniū philoſophorꝫ.Nec uero qm̄ hæc nos etiā tractare cœpimus ſuppeditabat nobis acticus de theſauris ſuis quos & quātos uiros hīe teſtium ſat eſt. Nonne melius eſt de his aliquid q̄ tantis uolnminibus de themiſtocle loqui ſint iſta græcorꝫ:q̄q̄ ab his philoſophiā:& oēs ingenuas diſciplinas habemus.ſe tm̄ eſt aliquid quod nobis non liceat:liceat:illis:pugnant ſtoici cum peripateticis: alteri negant quicq̄ eſſe bonum niſi qđ honeſtum ſit:Alteri plurimum ſe & longe:lōgeqꝫ plurimum tribuere honeſtati ſed tm̄ & in corpore & extra eſſe quædam bona & certamen honeſtum & diſputatio ſplendida.oīs eſt enim de uirtutis dignitate contētio at cū tuis quum diſſeras multa ſunt audienda etiam de obſcœnis uoluptatibus:de q̄ bus ab Epicuro ſæpiſſime dicit̄.nō potes igitur iſta tueri Torquate mihi crede ſed ſi te ipſe & tuas cogitationes & ſtudia perſpexeris.pudebit te iquā illius tabulæ quā Cleanthes ſane cōmode uerbis pingere ſolebat:Iubebat eoſ qui audiebant ſecū ipōs cogitare pictam in tabula uoluptatem pulcherrimo ueſtitu & habitu regali in ſolio ſedentem præſto eſſe uirtutes ut ancillulas quæ nihil aliud agerent: nullū ſuum officium ducerent:niſi ut uoluptati miniſtrarent:& eam tantum ad aurem admoneret ſi mō id pictura itelligi poſſet:ut caueret ne quid pficeret iprudēs:qđ offēderet aīos hominū aut quicq̄ e quo oriretur aliquis dolor:nos quidē uirtutes ſicq̄natę ſum⁹ ut tibi ſeruiremus.aliud negocii nihil habemus.At negat Epicur⁹:hoc.n.ueſtꝫ lumē eſt quēq̄ qui honeſte nō uiuat:iucunde poſſe uiuere.Quaſi ergo id curem quid ille aiat aut neget.Illud quæro qđ ei qui in uoluptate ſummū bonū putat conſentaneū ē dicere. Quid affers:cur Torius Poſtumius cur Chius:cur omniū magiſter Orata nō iucundiſſime uixerit:Ipſe negat ante dixi:luxurioſorum uitam reprehendēdā:niſi plane fatui ſint Idem niſi aut cupiant aut metuant: quarū ambarꝫ rerū quū medicinam pollicetur luxuriæ licentiam pollicetur:his enī rebus detractis:negat ſe reperire in aſotorꝫ uita quod reprehendat.non igit̄ poteſtis uoluptate oia dirigētes aut tueri:aut retinere uirtutem:nā nec uir bonuſ ac iuſtus haberi debet:qui ne malū habeat abſtinet ſe ab iiuria.Noſti credo illud:nemo pius ē q pietatē cauet.caue qcq̄ putes eſſe uerius:nec enī dum metuit iuſtus eſt:& certe ſi metuere deſtiterit nō erit nō metuit autē ſiue celare poterit:ſiue opib⁹ magnis quicq̄ fecerit certeq̄ mallet obtinere exſtimari bonus uir ut non ſit:q̄ eſſe ut non putet̄.Ita qđ certiſſimum eſt pro uera certaqꝫ iuſticia ſimulationem nobis iuſticiæ traditis:præcipitiſqꝫ quodāmodo ut noſtram ſtabilem cōſcientiam contemnamus:alioꝫ errātem opinionem aucupemur ·Quæ dici eadem de cęteris uirtutibus poſſunt quarum omnium fundamenta

uos in uoluptate tanq̃ in aqua ponitis. Quid enim fortem ne possum⁹ dicere eundẽ illum torquatum: Delector.n. q̃q̃ te non possim: ut ais: corrumpere: delector inquã & familia uestra & nomine: & hercule modo uir optimus nostriq; amãtissimus Aulus Torquatus uersatur ante oculos: cuius quantũ studium etiã q̃ insigne fuerit erga me tẽporibus illis: quæ nota sunt omnibus: scire necesse est utrũq; nostrum: quæ mihi ipsi: qui uolo & esse & haberi gratus: grata nõ essent: nisi aspicerem illum mea causa mihi amicũ fuisse non sua: nisi hoc dicis: sua: q; interest omniũ recte facere. Si id dicis uicimus. Id enim uolumus: id cõtendimus: ut officii fructus sit ipsum officiũ hoc ille tuus non uult: omnibusq; ex rebus uoluptatẽ quasi mercedẽ exigit: sed ad illum redeo: si uoluptatis causa cum Gallo apud Anienẽ depugnauit prouocatus: & ex eius spoliis sibi & Torquẽ & cognomẽ induit: nullam aliam ob causam nisi q; ea talia facta digna uiro uidebãtur: fortem nõ puto: nam si modestia: si pudicitia: si uno uerbo temperãtia pœnæ aut infamiæ metu coercebũt: nõ sanctitate sua: se tuebunt quod adulterium: quod stuprũ: quæ libido nõ se proripiet aut piciet: aut occultatione ꝓposita: aut impunitate: aut licẽtia? Quid illud Torquate: quale tandẽ uidet: te isto nomine: ingenio: gloria: quæ facis: quæ cogitas: quæ contendis: quo referas: cui⁹ rei causa perficere quæ conaris uelis: quod optmũ deniq; in uita iudices: nõ audere i cõuentu dicere? Quid.n. mereri uelis iam quũ magistratum inieris: & inconcionẽ ascẽderis. Est .n. tibi edicẽdũ: quæ fis seruatur⁹ q; iure dicendo: & fortasse etiã si tibi erit uisum: aliqd de maioribꝰ & de te ipo dices mor maioꝝ. Quid mercaris igit: ut te dicas i eo magrãtu oia uoluptatis cã factuꝝ eẽ teq; nihil fecisse i uita nisi uoluptatis cã. An me inqt tã amẽtẽ ut apud iperitos isto mõ loquar? An tu eadẽ ista dic i iudicio? aut si coronã times: dic i senatu. nũq̃ facies. cur nisi q; turpis ẽ oro? Me ne ergo: & Triariũ dignos existimas apud quos turpiter loquare? Verũ esto: uerbũ ipsũ uoluptatis nõ habet dignitatẽ nec nos fortasse intelligimus. hoc enim idẽtidem dicitis non itellige re nos uoluptatem quã dicatis. Rem uides difficilem & obscurã. Indiuiduã & inter mundiã quæ nec sunt ulla nec possunt esse intelligimus. Voluptas quæ passeribꝰ oibus nota est a nobis intelligi nõ potest. Quid si efficio: ut fateare me nõ modo qd sit uoluptas scire: Est enim iocũdus motus in sensu: sed etiã quid eã tu uelis esse? tum enim cã ipsam uis: quam modo ego dixi: & nomen imponis: in motu ut sit: & faciat aliquam uarietatẽ. Tum aliã quãdam summã uoluptatẽ. cui addi nihil potest: eam tu adesse: quũ dolor omnis absit eamq; stabilem appellas: sit sane ista uoluptas. Dic in quo uis cõuentu te omnia facere ne doleas: siue hoc quidem satis, ample satis honeste dici putas: dic te omnia & i isto magistratu: & in oĩ uita utilitatis tuæ causa factuꝝ. Nihil nisi quod expediat: nihil deniq; nisi tua causa: quẽ clamorẽ cõcionis: aut quã spẽ consulatus eius q; tibi paratissimus est: futuram putes? eam ne rationem se quare: qua tecum ipse & cũ tuis utare? profiteri audet & in mediũ ꝓferre nõ audeas? At uero illa quę pipatetici: quæ stoici dicũt semper tibi in ore sunt: in iudiciis: in senatu: officiũ æquitatem: dignitatem: fidem: recta: honesta: digna: imperio: digna. p. r. omnia pericula pro. re. pu. mori pro patria: hæc quũ loqueris nos Varones stupemus: tu uidelicet tecũ ipse rides. Nam inter ista tam magnifica uerba: tãq; preclara: non habet ullũ uoluptas locũ uon modo illa quam in motu esse dicitis: quam oẽs urbani: Rustici: omnes inquam qui latine loquũtur: uoluptatẽ uocant: sed ne hæc

quidem ſtabilis quã ꝓter nos nemo appellat uoluptatẽ. Vide ne nõ debeas uerbis noſtris uti Sentẽtiiſ tuis: Quod ſi uultum tibi: ſi iceſſum fingeres quo grauior uidere nõ eſſes tui ſimilis: Verba tu fingas: & ea dicaſ quæ non ſentias: aut etiã ut ueſtitum ſic ſententiã habeas: aliã domeſticam: aliam forenſem: ut in fronte oſtentatio ſit: intus ueritas occultetur: uide quæſo rectum ne ſit: Mihi quidem hæ ueræ uidentur opinio nes quæ honeſtæ: quæ laudabiles: quæ glorioſæ: quæ in ſenatu quæ apud popu lum: quæ in omni coetu: concilioque proferendæ ſint. Ne idem non pudeat ſentire quod pudeat dicere. Amicitiæ uero locus ubi eſſe poteſt? aut quis amicus eſſe cui q̃? Quem nõ ipſum amet ꝓpter ipſum? Quid autem eſt amare ex quo nomẽ amicitię ductũ eſt. niſi uelle bonis aliquẽ affici quã maximis: etiam ſi ad ſe ex hiſ nihil redeat? Quid ꝓdeſt mihi in eo eſſe animo: immo uideri fortaſſe? eſſe eni niſi eris non potes Qui autem eſſe poteris niſi amor ipſe ceperit? Quod non ſub dubia ratione utilitatis effici ſolet Sed ipſũ ex ſe oritur: & ſua ſponte naſcit? At. n. ſequor utilitatem: manebit enim amicitia tam diu q̃ diu ſequet utilitas: & ſi utilitas amticiam conſtituat. tollet eadẽ Sed quid ages tãdẽ: ſi utilitas ab amiticia: ut fit ſæpe defecerit? reliques? nequa quã iſta amicitia eſt: retinebis? Qui cõuenit? Quid. n. d amicitia ſtatueris utilitatis cã expetẽda? uides ne? odium ueniã ſi amicũ deſtitero tueri. Primo quid iſta res digna odio eſt? Nũquid eſt turpe niſi quod eſt? Si nequo incõmodo afficiare: nõ relinques amicũ: tamen ne ſine fructu alligatus ſis: ut moriat: optabis. Quod ſi nõ modo utili tatem tibi nullã afferet: ſed iacturæ rei familiaris erũt faciũdæ: labores ſuſcipiendi: ad eundũ uitæ periculum: ne tũ quidem te reſpicies: & cogitabis ſibi quẽq; natum eſſe. & ſuis uoluptatibus: Vadẽ te ad mortẽ tyrãno dabis pro amico: ut Pythagoreus il le fecit Siculo tyrãno. Aut Pylades quũ ſis: dices te eſſe Oreſtem: ut moriare ꝓ ami co. Aut ſi eſſes Oreſtes Pyladẽ refelleres: te indicares: & ſi id non ꝓbares: quo min? ambo una necaremini: nõ precarere: faceres tu qdẽ Torquate hęc omnia. Nihil. n. arbitror magna laude dignũ: quod te prætermiſſurum credam: aut mortis aut dolo ris metu. Nõ quęritur autẽ quid naturæ tuę conſentaneũ ſit: ſed diſciplinæ. ratio iſta quã defendis: præcepta: quæ didiciſti: quæ probas: funditus euertũt amicitiam: quiſ eã Epicurus: ut facit: i cœlũ efferat laudibus. At eoluit ipſe amicitias. Quaſi quis illũ neget & bonũ uirũ: & comẽ: & humanũ fuiſſe. de ingenio eiuſ in his diſputationib? non de moribus quęritur. Sit iſta in gręcorum leuitate peruerſitas: qui maledictis in ſectant eos: a quibus de ueritate diſſentiunt. Sed q̃is comis in amicis tuendis fuerit tñ ſi hæc uera ſunt: nihil. n. affirmo: nõ ſatis acutus fuit. at multis ſe ꝓbauit: & quidẽ in rem fortaſſe: ſed tamẽ nõ grauiſſimũ eſt teſtimoniũ multitudinis. in omni. n. arte uel ſtudio uel quauis ſcientia: uel in ipſa uirtute: optimũ quicq; rariſſimũ eſt. at mihi quidẽ q ꝑ & ipſe bonus uir fuit: & multi Epicurei fuerũt & hodie ſunt. & in amicitiis fideles: & in omni uita cõſtantes & graues nec uoluptate: ſed officio conſilia moderã tes: hæc uidetur maior uis honeſtatis & minor uoluptatis. Ita. n. uiuũt qdam: ut eo rũ uita refellat oro: atq; ut cæteri exiſtimant dicere meli? quã facere. ſic hi mihi ui dent facere melius: quã dicere. Sed hæc nihil ſane ad rẽ: Illa uideamus quæ a te de amicitia dicta ſunt. E qbus unũ mihi uidebar ab ipſo Epicuro dictũ cognoſcer amí citiã a uoluptate nõ poſſe diuelli: ob eãq; rẽ colẽdã eſſe: q ſine ea tuto & ſine metu ui ui nõ poſſet: nec iucũde qdẽ poſſet: ſatis eſt ad hoc rñſum. Attuliſti aliud humani?

horum recẽtiorũ:nũquam dictum ab ipso illo quod sciam. Prio utilitatis causa amicum expeti. Quum autem usus accessisset.tũ ipsum amari ꝓpter se etiã omissa spe uoluptatis hoc & si multis modis reprehendi potest: tamen accipio quod dat.mihi enim satis est:ipsis non satis.nã aliquãdo posse recte fieri dicunt nulla expectata nec quęsita uoluptate. Posuisti autem dicere alios:foedus quoddã inter se facere sapiẽtes ut quemadmodum sint in seipsos animati:eodem modo sint erga amicos. Id & fieri posse & sæpe esse factũ & ad uoluptates percipiendas maxime pertinere:hoc foedꝰ facere si potuerunt:faciant etiam illud ut æquitatem:modestiam:uirtutes omnes per se ipas gratis diligant at uero si fructibus & emolumentis & utilitatibꝰ amicitias colemus: si nulla caritas erit:quę faciat amicitiam ipsa sua sponte:ui sua ex se & propter se expetendam:Dubium est quĩ fundos & insulas amicis aũponamus. licet hic rursꝰ ea cõmemores:quæ optime uerbis ab Epicuro de laudibus amicitiæ dicta sũt non quęro quid dicat: sed quid conuenienter rationi possit & sententiæ suæ dicere. utilitatis causa amicicia est quæsita. Nõ igit utiliorem tibi hunc Triariũ putas esse posse q̃ si tua sint puteolis gramina? Collige omnia quæ soletis. præsidium amicorũ satis est tibi in te:satis in legibus:satis & in mediocribus amicitiis præsidium iam contemnere non poteris:odium autem et inuidiam facile uitabis:Ad eas enim res ab Epicuro præcepta dantur & tamen non tãtis uectigalibus ad liberalitatẽ utẽs:eis sine hac Pyladea amicitia multorum te beniuolentia præclare et tubere et munies At qui cũ ioca seria ut dicitur qui cum arcana:qui cum occulta omnia:tecum optime deide etiam cum mediocri amico. Sed fac ista esse non importuna. quid ad utilitatem tantæ pecuniæ Vides igitur si amicitiam sua caritate metiare:nihil eẽ pstantius in emolumẽto sumas familiaritates prędiorum pretiosorum mercede supari Me ipsum igitur amesse oportet non mea:si ueri amici futuri sumus. Sed in rebus apertissimis nimium longi sumus. Perfecto enĩ et concluso nec uirtutibus:nec amicitiis usquã locum esse si ad uoluptatem omnia referantur? Nihil præterea magnopere dicendum. Attamen ne cui loco non uideatur esse responsum:pauca etiam nunc dicam ad reliquam orationem tuam: Quoniam igitur omnis summa philosophię ad beate uiuendum refert Idq; unum expetentes homines se ad hoc studium contulerunt. Beate autẽ uiuere alii in alio:uos in uoluptate ponitis? Item contra omnem infoelicitatem ĩ dolore:Id primum uideamus beate uiuere uestrũ quale sit Atq; hoc dabitis ut opinor si modo sit aliquid beatum eẽ:id oportere totum poni ĩ potestate sapientis. Nã si amitti uita beata põt:uita beata eẽ nõ põt. Quis. n. confidit semp illud sibi stabile & firmũ permansurum quod fragile & caducum sit? Qui autem diffidet perpetuitati bonorum suorum:timeat necesse est:ne aliquando amissis illis sit miser. Beatus autem esse in maximaq; rerũ timoꝝ nemo potest:nemo igitur esse beatus potest. Neq; enim ĩ alia parte:sed ĩ perpetuitate tẽporis uita beata dici solet. Neq; appellat omnino uita beata nisi cõfecta atq; absoluta:neq; enim potest quisq̃ alias beatus esse alias miser Qui enim æstimabit posse se miserum esse beatus non erit Nam qum semel est suscepta beata uita:tam permanet q̃ ipsa illa effectrix beatæ uitę sapiẽtia:neq; expetat ultimũ tempus ętatis quod Croeso scribit Herodotus præceptum a Solone. Etenim quẽadmodum tute dicebas negat Epicurus diuturnitatem quidem temporis ad beate uiuendum aliquid afferre:nec minorem uoluptatem percipi in breuitate temporis

quam si illa sint sempiterna: hæc dicuntur inconstantissime. Quum enim summum bonũ in uoluptate ponat: negat infinito tẽpore ætatis uoluptatẽ fieri maiorẽ q̃ finito atq; modico. Qui bonũ omne i uirtute ponit: is põt dicere perfici beatã uitam perfectione uirtutis. negat. n. in summo bono afferre incremẽtũ diẽ. Qui autem uoluptate uitã effici beatã putabit: qui sibi is cõueniet:: si negabit uoluptatẽ crescere longinquitate: Igitur ne dolorẽ quidẽ. An dolor longissimus quisq; miserrimus: uoluptatẽ nõ optabiliorẽ diuturnitas facit: Quid est igit cur ita semp deũ appellet Epicurus beatum & æteruũ: dempta. n. ęternitate nihilo beatior Iuppiter: q̃ Epicurus. Vterq;. n. summo bono fruitur. i. uoluptate. At. n. hic etiã dolore: at eũ nihili facit: ait. n. se se iratũ. Quã hoc suaue dictuꝝ: qua igit re a deo uincit si æternitate non uincit: In qua quid est boni præter summã uoluptatẽ & eã sempiternã: Quid ergo attinet gloriose loqui nisi cõstãter loquare: In uoluptate corporis addam si uis animi: dum ea ipsa: ut uultis: sit quod & corpore sitũ est uiuere beate. Quid istã uoluptatẽ perpetuam: quis põt præstare sapiẽti: nam quibus rebus efficiunt uolupiates: hę nõ sunt in potestate sapiẽtis. Nõ. n. in ipsa sapientia positũ est beatũ esse: sed in his rebus quas sapiẽtia cõparat ad uoluptatẽ. Totũ autẽ id extremũ: & quod extremũ. Id in casu est: ita fit beatæ uitæ domina fortuna: quã Epicurus ait exiguã interuenire sapienti. Age inquies ista parua sunt: sapientẽ locupletat ipsa natura: cuius diuitias epicurus ipse parabiles esse docuit. Hæc bene dicuntur: nec ego repugno: sed inter se ipsa pugnant. Negat enim tenuissimo uictu. i. cõtemptissimis escis & potionibus minorẽ uoluptatẽ pcipi q̃ rebus exquisitissimis ad epulãdũ huic ego si negaret quicq̃ intereſſe ad beatę uiuẽdum quali uteret uictu: cõcederẽ: laudarẽ etiã: uerꝝ. n. diceret. Idq; Socratẽ: qui uoluptatẽ nullo loco numerat: audio dicentẽ cibi cõdimentũ esse famẽ: potionis sitim: sed qui ad uoluptatẽ omnia referens uiuit: ut Gallonius loquit: ut frugi ille Piso: nõ audio: nec eni cũ quid sentiat dicere existimo. Naturales diuitias dixit parabiles esse: quod paruo esset natura cõtenta. certe nisi uoluptatẽ tãti æstimaretis: non minor inquit uoluptas pcipit tam ex uilissimis rebus q̃ ex pręciosissimis: hoc est non modo cor nõ habere: sed ne palatũ quidẽ. Qui. n. uoluptatẽ ipsam cõtẽnunt: iis licet dicere se accipenserem menę nõ anteponerẽ. Cui uero in uoluptate summum bonum est: huic omnia sensu nõ ratione sunt iudicãda: eaq; dicẽda optima: quę sunt suauissima uerum isto modo consequat summas uoluptates non modo paruo sed ferme nihilo si põt. Sit uoluptas nõ minor in nasturtio illo quo uesci persas esse solitos: scribit Xenophon q̃ in syracusanis mesis: quę a Platone grauiter uitupantur: sit inquã tam facilis q̃ uultis comparatio uoluptatis: Quid de dolore dicemus: cuius tanta tormentã sunt: ut i his beata uita: si modo dolor sũmũ malũ ẽ: cẽ nõ possit. Ipse. n. Metrodorꝰ pene aliter q̃ Epicurus beatum esse describit his fere uerbis: quũ corpus bene constitutũ sit: & sit exploratũ ita futuꝝ. An id exploratum cuiq̃ põt esse quo modo se se habituꝝ sit corpus: nõ dico ad annũ: sed ad uesperam: Dolor igitur idest summũ malũ metuet semp etiam si nõ aderit: iam. n. ad esse poterit. Qui potest igitur habitare in beata uita summi mali metus: tradit inquit ab Epicuro ratio negligendi doloris: iam ipm absurdũ maximũ malũ negligi. Sed quę tandẽ ista ratio est: Maximꝰ dolor iqt breuis ẽ. Primũ qd tu dicis breue: deide dolorẽ tã maximu: qd. n. sũmꝰ dolor plures dies manet nõ põt: uide etiã mẽses nisi forte eũ dicis qui simulatq; eripuit interficit.

Quis iſtum dolorem timet? Illum mallem leuares: quo optimũ atq; humaniſſimũ uirum. GN. octauium. Marci filiumfamiliarem meum confici uidi: nec uero ſemel nec ad breue tẽpus: ſed & ſæpe plane & diu. Quos dii immortales ille quum omnes artus ardere uideret: curciatus pferebat? Nec tamẽ miſer eſſe: quia ſummum id malum nõ erat: tãtũmodo labrorioſus uidebat: At miſer ſi in uitioſa: & flagitioſa uita afflueret uoluptatibus. Quod autem magnũ dolorẽ breuem: longinquũ leuem eſſe dicitis. Id nõ itelligo quale ſit. Video. n. & magnos & eoſdẽ lõgiquos dolores. Quę nã alia toleratio ẽ uerior: qua uti uos ñ poteſtis: q honeſtatẽ ipſã p ſe non amatis fortitudinis quædam præcepta ſunt: ac pene leges: quæ effeminari uirum matant in dolore quamobrem turpe putandum eſt: non dico dolere: nam id quidem eſt interdum neceſſum Sed ſaxum illud lemniũ clamore Philocteţo funeſtare: quod ciulatu: & queſtu: gemitu: fremitibus reſonando mutum flebiles uoces refert huic Epicurus competenter & ſi poteſt: cui uipereo morſui uenæ uiſcerum ueneno imbutæ tetros cruciatus cient: Sic Epicurus Philocteta ſi grauis dolor breuis At iam decumum annum in ſpelunca iacet: Si longus leuis dat enim interualla: et relaxat. Primum non ſæpe. deinde quę eſt iſta relaxatio? quum et pręteriti doloris memoria recens eſt: & futuri atq; impendentis torquet timor? moriat? inquit. fortaſſe id optimum: Sed ubi illud plus ſemper uoluptatis: ſi enĩ ita eſt: uide ne facinus facias: quũ mori ſuadeas potius. Ergo illa dicãtur turpe eſſe uiro deblitari: dolore frãgi: ſuccunbre. nã iſta ueſtra i grauis breuis: ſi longus leuis dictata ſũt uirtutis magnitudinis animi: Patiẽtiæ fortitudinis. fomẽtis dolor mitigari ſolet. Audi ne lõge abeã: moriẽs qd dicat Epicurus: & itellige facta eius cũ dictis diſcrepare. Epicurus hermeo ſalutẽ. Quũ agere mus inquit uitæ beatũ & eundẽ ſupremũ diẽ ſcribebamus hæc tanti autẽ morbi aderant ueſicæ & uiſcerũ: ut nihil ad eorũ magnitudinẽ poſſit acedere. Ecce miſerũ hominẽ: ſi dolor ſummũ malũ eſt: dici aliter nõ põt ſed audiamus: ipſũ: Compẽſabat? tamẽ inquit quũ his omnibus animi lętitia quã capiebã memoria rationũ: iuentoꝝq; noſtrorũ: Sed tu: ut dignũ eſt tua erga me et erga philoſophiã uolũtate ab adoleſcẽte ſuſcepta: fac ut Metrodori tueaꝛ liberos: nõ ego iam Epaminõdæ nõ Ieonidę mortem huius morti antepono: quoꝝ alter quũ uiciſſet Lacedęmonios apud mantineã: ſimulatq; ipſe grauí uulnere exaniari uideret ſe: ut primũ deſpexit: quęſiuit ſaluꝰ ne eſſet clypeus: quũ ſaluũ eſſe flentes ſui reſpõdiſſẽt: rogauit eſſent ne fuſi hoſtes: quũ q; id quoq; ut cupiebat audiuiſſet: euelli iuſſit eã: qua erat trãſfixus haſtã: ita multo ſanguine proſuſo in lętitia & uictoria eſt mortuus: Leonidas autẽ rex Lacedęmoniorum ſe intermopylis trecẽtoſq; eos quos eduxerat Sparta: quũ eſſet ꝓpoſita aut fuga turpis: aut glorioſa mors oppoſuit hoſtibus. Pręclarę mortes ſunt imperatoriæ: philoſophi autẽ i ſuis lectulis plerunq; moriunt?. Refert tamen ꝙ ſibi uideꝛ eſſe morienti magna laus. cõpenſabat? inquit cum ſummis doloribꝰ lætitia. Audio equidẽ philoſophi uocẽ Epicure: ſed qd tibi dicẽdũ ſit oblitus es. Primum. n. ſi uera ſunt ea quoꝝ recordatiõe te gaudere dicis: hoc ẽ ſi uera ſunt: tua ſcripta & inuenta: gaudere nõ potes. Nihil enim iam habes quod ad corpus referas. Eſt autẽ a te ſemper dictũ nec gaudere quenquam: niſi propter corpus: nec dolere prætéritis inquit gaudeo. quibuſdã prætéritis? ſi ad corpus pertinentibus: rationes tuas te uideo compenſare cum iſtis doloribus: non memoriam corpore pręceptarum uoluptatum. Si autem ad animũ: falſum eſt: ꝙ negas animi ullum eſſe gaudiũ quod nõ referat? ad corpus. Quũ

deiñ Metrodori liberos cõmendas: quid iſto tuo egregio officio: de tanta fide: ſic enĩ exiſtimo: ad corpus refers? Huc & illuc Torquate uos uerſetis licet: nihil in hac præclara æpiſtola ſcriptum ab Epicuro congruens & conueniens decretis eius reperietis. Ita redarguitur ipſe a ſeſe Veniuntq; ſcripta eius ꝓbitate ipſius ac moribus: Nã iſta commendatio puerorꝝ memoria & caritas amicitiæ: ſummorꝝ officiorum in extremo ſpiritu conſeruatio indicat inatam eſſe homini probitatem gratuitam: non in uituatam uoluptatibus: non præmiorum mercedibus euocatam. Quod enĩ teſtimonium maius quærimus: quæ honeſta & recta ſint ipſa eſſe optabilia per ſeſe? Quũ uideamus tãta eſſe officia morientis. Sed ut Epiſtolam laudandam arbitror: eam quã modo totidem fere uerbis interprætatus ſum: q̃q̃ ea cũ ſumma eius philoſophi nullomõ cõgruebat: ſic eiuſdẽ teſtimoniũ non ſolũ philoſophi grauitate: ſed etiã ab ipſius ſententia iudico diſcrepare. ſcripſit enim & multis ſæpe uerbis & breuiter apteq; in eo libro: quem modo nominaui mortem nihil ad nos pertinere. Quod enim diſſolutum ſit: id eſſe ſine ſenſu. Quod autem ſine ſenſu ſit: Id nihil omnino ad nos pertinere: hoc ipſum elegantiuſ poni: meliuſq; potuit. Nam quod ita poſitũ eſt quod diſſolutum ſit id eſſe ſine ſenſu. Id huiuſmodi eſt ut non ſatis plane dicat quid ſit diſſolutum: ſed tamen intellígo quid uelit. Quæro autem quid ſit quod cum diſſolutione. i. morte ſenſus omnis extinguitur: & quum reliqui nihil ſit omnino quod ꝓtineat ad nos. tam accurate: tamq; diligẽter caueat: & ſentiat ut Antinomachus & Thimocrates hęredes ſui de hermadii ſnia dent quod ſatis ſit ad diem agendũ natalẽ ſuũ qrot annis menſe Ganidipnæ. Itẽq; omnibus menſibuſ uiceſimo die lunæ dent ad eorum epulas: qui ſecum una ꝓbati ſint: ut & ſui & Metrodori memoria colatur. Hæc ego non poſſum dicere non eſſe hominis & belli & humani ſapientis uero nullo modo phyſici præſertim: quem ſe ille uult putari: ullum eſſe cuiuſq̃ diem natalẽ. Quid uere ne poteſt eſſe dies ſæpius qui ſemel fuit? Certe non poteſt. an eiuſmodi? ne id quidem: niſi quum multa annorꝝ intereeſſerit milia: & omnium ſyderũ eodem unde ꝓfecta ſint fiat ad unum tempus reuerſio. Nullus eſt igitur cuiuſq̃ dies natalis. At habetur & ego ſcilicet id neſciebam. Sed ut ſit etiam ne poſt mortem colet? Idq; teſtamento cauebit is qui nobis quaſi oraculũ ediderit: nihil poſt mortem ad nos pertinere. Hæc non erant eius: qui innumerabiles mundos: infinitaſq; regiones: quarũ nulla eẽt ora: nulla extremitas: mente peragrauiſſet. Nunquid talis Democritus: ut alios omittam: Hunc appello quem ille unum ſecutus eſt. ꝙ ſi dieſ notanduſ fuit: eũ ne potius quo natus? an cum quo ſapiẽs factus eſt? non potuit inqes fieri ſapiẽs niſi natus eſſet: & iſto modo ne ſi anima quidẽ eius nata nõ eſſet. res tota Torquate nõ doctorum hominũ uelle poſt mortem epulis celebrari memoriam ſui nominis: quos qdem dies quemadmodũ agatis: & in quanta hominum facetoſam urbanitatem incurratis non dico. Nihil opus eſt littibus. tantum dico magis fuiſſe ueſtrꝝ agere Epicuri diem natalem: quam illũ teſtamento cauere ut ageret. ſed ut ad ꝓpoſitũ reuertamur: De doloꝛ. n. quũ diceremus: ad iſtã epiſtolã delati ſum9: nũc totũ illud cõcludi ſic licet. Qui ĩ ſũmo malo ẽ iſte quũ ĩ eo ẽ nõ ẽ beat9. Sapiẽs aũt ſemp beat9 ẽ & ẽ aliqñ ĩ dolore. Nõ eſt igit' ſummũ malũ dolor: Iam illud quale tandem eſt bona prę terita nõ effluere ſapiẽti: mala mẽinijſſe nõ oportere. Primũ in nr̃a ne ꝓtãte ẽ Quid mẽinerim9? Themiſtocles qdẽ quũ ei Simonides aut qs alius artẽ memoriæ polli

ceretur: obliuionis inquit mallem. Nam memini etiam quæ nolo: obliuiſci non poſ
ſum quę uolo. Magno hic ingenio Sed res ſe tamẽ ſic habet: ut nimis iperioſi philo
ſophi ſit uetaſ memiſſe. Videſne iſta ſit Mãliana uſa ut maiora ẽt ſi impes qđ faceſ
nõ poſſim: ſqđ ſi etiã iucũda memoria eſt p̃teritorũ malorũ ut prouerbia nõnulla ue
riora ſint quam ueſtra dogmata. Vulgo enim dicitur iucũde acti labores. Nec male
Euripides cõcludã ſi potero latine greçũ enĩ hũc uerſũ noſtis oẽs. Suauis eſt laborũ
p̃teritorũ memoria. Sed ad bona p̃terita redeamus Quę ſi a Vobis talia dicerẽ
tur qualibus. C. Marius uti poterat. ut expulſus: egẽs: ĩ palude demerſus: Tropheo
rũ recordatione leuaret dolorẽ ſuũ: audirẽ & plane probarẽ. Nec enĩ abſoluí beata
uita ſapiẽtis: nec ad exitũ perduci poterit: ſi prima quæq; bene ab eo conſulta atque
facta ipſius obliuione obruerenſ. Sed uobis uoluptatũ pceptaꝝ recordatio beatã ui
tam facit: & qdem corpore pceptaꝝ. Nã ſi quæ ſunt aliæ: falſum eſt omnis aĩ uolu
ptates eſſe e corporis facietate. Corporis aũt uoluptas etiã ſi præterita delectat: non
intelligo cur Ariſtoteles Sardanapali epigrãma tãtopere derideat: In quo ille Rex
aſſyriæ gloriet ſe oẽs ſecũ libidinũ uoluptates abſtuliſſe. quod. n. ne uiuus quidem
inquit diutius ſentire poterat: dum uita fruebat. Quomodo id potuit mortuo pma
nere: fluit igit uoluptas corpis: & prima quæq; aduolat ut aiebat. fæpiuſq; relinqt
cãs pœnitẽdi q̃ recordãdi. Itaq; beatior Africanus cũ patria illo modo loquẽs. Deſi
ne Roma tuos hoſtes: reliquaq; preclare. Nãq; tibi monumenta mei peperere labo
res. laboribus hic p̃teritis gaudet. tu iubes uoluptatib9. hic ſe ad ea reuocat e quib9
nihil unq̃ retulerit ad corpus: tu totus hæres in corpe. Illud aũt ipm q obtineri põt
quod dicitis oẽs aĩ & uoluptates & dolores ad corpis uoluptates ac dolores ptineſ.
Nihil ne te delectat unq̃ ſ uideo quicũ loquar. Te igitur torquate ipſum p ſe nihil de
lectat. Omitto dignitatẽ: honeſtatẽ: ſpẽm ipſam uirtutũ: de qbus ante dictũ eſt: hęc
leuiora ponã pœma: aut oſonem: quũ aut ſcribis: aut legis: quũ oium factoꝝ: quũ
regionũ cõquiris hiſtoria: ſignũ: tabula: loc9 amœnus: ludi: uenatio: uilla luculli: nã
ſi tuã dicerẽ: latebrã haberes: ad corpus diceres ptiere. Sed ea quæ dixi ad corpuſne
refers: An eſt aliqd quod te ſua ſpõte delectet: Aut ptinaciſſim9 fueris ſi in eo pſtite
ris: ad corpus ea quæ dixi referre: aut deſerueris totã Epicuri uoluptatem: ſi negaue
ris. Quod uero late diſputatũ eſt: maiores eẽ uoluptates: & dolores animi quã cor
poris: quia triũ tẽpoꝝ praticeps aĩus fit: corpe aũt pñtia ſolũ ſentiãtur: quiꝑbari põt
utis: q pp me aliqd gaudeat: aĩ uoluptas oriſ pp uoluptatẽ corporis: & maior eſt aĩ
uoluptas quã corpis. Ita fit. ut gratulator letior ſit: q̃ is cui gratuleſ. ſed dũ efficere
uultis beatũ ſapientẽ: quũ maxias aio uoluptates pcipiat: oibuſq; partibus maiores
quã corpore: qd occurrat nõ uidetis: aĩ. n. quoq; dolores pcipiet omnibus partibus
maiores quã corporis: Ita miſer fit aliquando neceſſe eſt is. quẽ uos beatũ ſemp uul
tis eſſe. nec uero id: dum omnia ad uoluptatem: dolorẽq; refertis: efficietis unquam.
Quare aliud aliquid Torquate hominis ſummũ bonũ reperiendũ eſt: Voluptatẽ
beſtiis concedamus: qbus uos de ſũmo bono teſtibus uti ſoletis. Quid ſi etiã beſtiæ
multa faciunt duce ſua quæq; natura partim indulgenter: uel cũ labore: ut in gignẽ
do: in educando: perfacile appareat aliud quidam his ꝓpoſitum nõ uoluptatẽ. Cicu
res & curſu & peregrinatione lętantur: congregatione aliæ eę tum quodãmodo ciui
tatis imitantur. Videmus in quodam uolucrum genere nonnulla indicia pietatis ex

gnitionem:memoriam: in multis etiam disciplinam uidemus. ergo in bestiis erunt secreta a uoluptate humanarum quędam simulacra uirtutum. In ipsis hominibus uirtus nisi uoluptatis causa nulla erit. & homini qui cęteris animantibus plurimum pręstat pręcipue a natura nihil datum esse dicemus. nos uero siquidē in uoluptate sint omnia: longe multumq; superamur a bestiis: quibus ipsa terra fundit ex se past9 uarios: uarie quę abundātes nihil laborantibus: nobis autem aut uix: aut ne uix quidem suppetunt multo labore quęrentibus. nec tam̄ ullo modo summum pecudum bonum et hominis idē mihi uideri potest. Quid enim tanto opus est instrumento in optimis artib9 cōparandis. Quid tanto concursu optimorū studiorꝝ: tāto uirtutū comitatu: si ea nullā ad aliā rē nisi ad uoluptatē conquirunt. Vt si Xerxes quū tātis classibus tātisq; equestrib9 & pedestrib9 copiis: Hellespōto iūcto: Athoue perfosso maria ābulauisset: terrāq; nauigasset: Si cū tanto ipetu in gręciā ueniisset: cām ei9 qs ex eo quereret tantarꝝ copiarum tantiq; belli: mel se afferre ex Hymeto uoluisse dicerēt: certe sine causa uideretur tanta conatus. sic nos sapientē plurimis & grauissimis artibus atque uirtutibus instructum & ornatum: non ut illum maria pedibus pagrā tem: classibus montes: sed omne cęlum totamq; cum uniuerso mari terram mente complexum: uoluptatem petere si dicemus: melis causa dicemus tāta molitum. Ad altiora quedā: & magnificentiora mihi crede Torquate nati sumus: nec id ex animi solum partibus: in quibus inest memoria rerum innumerabiliū uite quidem infinita inest coniectura consequentium non multū a diuinatione differēs: Inest moderatio cupiditatis pudor: inest ad humanam societatem Iusticiæ fida custodia: Inest ī perpeti endis laborib9: adeūdisq; periculis firma & stabilis doloris mortisq; cōtemptio Ergo hæc ī animis. tu etiam mēbra ipsa sensusq; considera: q tibi ut reliquæ corporis partes non comites solum uirtutum: sed ministri etiā uidebant. Quid si in ipso corpore multa uoluptati præponenda sūt ut: uires: ualitudo: uelocitas: pulchritudo. Quid tandē in animis censes: in quibus doctissimi illi ueteres inesse quidam cæleste et diuinum putauerunt. Quod si esset in uoluptate summum bonuū: ut dicitis: optabile esset in uoluptate maxia nullo iteruallo itericcto dies noctesq; uersari: quū omnes sensus dulcedine quasi perfusi mouerentur. Quis est autem dignus nomine hominis: qui unū diem totum uelit esse in isto genere uoluptatis? Cyrenaici quidem non recusant: uestri hæc uerecūdius: Illi fortasse constātius. Sed lustremus animo nō has maxias artes quibus qui carebāt inertes a maioribus nominabātur. Sed quæro num existimes non dico Homerum: Archilocum: Pindarum: Sed Phidiam: Polycletum: Zeuxin ad uoluptates suas artes direxisse Ergo opifex plus sibi proponet ad formarū: quā ciuis excelens ad factorum pulchritudinem? Quæ autem est alia causa eroris tanti tam longe lateque diffusi: nisi quod is qui uoluptatem summum bonum esse dicernit non cum ea parte animi: ī qua iest ratio: atq; cōciliū sed cū cupiditate: idest cū leuissima parte deliberat Quero. n. de te si sūt dii ut uos etiā putatis q possūt esse beati quū uoluptates corpis pcipi nō possūt? aut si sine eo genere uoluptatis beati sūt: cur simile aī usum ī sapiēte cē nolitis lege laudatiōes Torquate nō eorū qui sunt ab homero laudati. non Cyri: non Agesilai: non Aristidis: non Themistoclis non Philippi: non Alexandri: lege nostrorum hominum: lege uestrę familiæ neminem uidebis ita laudatum: ut artifex callidus comparandum uoluptatum diceretur non eulogia moni

mentoꝝ id significāt: uelut hoc ore ad portam: Vnum esse plurimę cōsentiunt gen tes Populi primarium fuisse uirum: Id ne cōsensisse a Calatino plurimas gentes ar bitramur: primariū populi fuisse: ꝙ pstantissimus fuisset in conficiendis uoluptati bus Ergo in his adolescentibus bonā spē esse dicemus & magnā indolē: quos suis commodis inseruituros: & quid ipsis expediat facturos arbitramur? Nōne uidemus quāta perturbatio reꝝ oium consequatur? q̄ta confusio? tollitur beneficium: tollitur gratia quæ sunt uincula concordiæ. Nec enī si tuā ob causam cuiquam commodes beneficium illud habēdū est: sed feneratio nec gratia deberi uidetur ei: qui suam ob causam cōmodauerit. Maximas uero uirtutes iacere omnes necesse ē: uoluptate do minante. sūt etiā turpitudies plurimę: quę nisi honestas natura plurimū ualeat: cur nō cadant in sapientem non est facile defēdere. At ne plura cōplectar sunt enim inu merabilia: bene laudata uirtus uoluptatis additus intercludat necesse est: ꝙ iā a me expectare noli. Tute introspice in mentem tuam ipse: eamq; omni cogitatione ptra ctans percontare ipse te perpetuis ne malis uoluptatibus perfluens ī ea quam sæpe usurpabas tranquilitate degere omnem ætatem sine dolore: assumpto etiam illo qd uos quidem adiungere soletis: sed fieri non potest sine doloris metu An quū de om nibus gentibus optime merere. quum opem indigētibus salutem quę ferres uel her culis perpeti erumanas: sic enī maiores nostri labores non fugiendos: tristissimo tñ uerbo erumnas etiā: ut uideo: nominauerunt: exigerem ex te. cōgerē que ut respon deres: nisi uererer ne herculem ipsum ea quę pro salute gētiū summo labore gessisset uoluptatis cā gessisse diceres. Quę quum dixissem. habeo inquit Torquat9 ad quos ista referā & quāquā aliqd ipse poteram: tamē inuenire malo paratiores familiares nros. Credo Syronē dicis & Polidemū: tū optimos uiros tū doctissimos homines. Recte inquit intelligis age sane inquā: sed erat equius Triarium aliquid de nra dis sensione iudicare. Immo inquit arridēs iniquū hac quidē de re. Tu enī ista leui9: hic stoicoꝝ more nos uexat. Tum Triarius posthac quidē inquit audacius. nam hęc ip sa mihi erunt in promptu quæ modo audiui: nec āte aggrediar quā te ab istis quos dicis instructū uidero. Quæ quū eēnt dicta finem fecimus & ābulandi & disputādi

Explicit Liber secundus.

Incipit Liber Tertius.

OLVPTATEM QVIDEM Brute si ipsa per se loquat: nec tam pertinaces habeat patronos: concessurā arbitror cō uictam superiore libro dignitati: &. n. sit impudēs: si uirtuti diu tius repugnet: Aut si honestis iucunda anteponat: aut pluris esse contendat dulcedinem corporis: & titillantem ex ea re na tam lætitiam: q̄ grauitatem animi atq; constantiam quare illa quidem dimittatur & suis se finibus tenere iubeamus ne blan ditiis eius illecebrisq; ī pediatur disputandi seueritas. Quęrendū ē enim ubi sit illud summum bonū: qd reperire uolumus. quoniā. etiā uoluptas ab eo remota est. & ea dem fere contra eos dici possunt: q uacuitatem doloris finem bonorum esse uolue runt. Nec uero ita ullum probetur summū bonum ut uirtute careat: qua nihil pos sit esse prestantius. Itaquæ quanq̄ in eo sermone: qui cū Torquato est habitus nō

remiſſi fuimus: tamen hæc acrior eſt: cum ſtoicis parata cõtentio. Quæ enim de uoluptate dicuntur: ea nec acutiſſime: nec abſcondite diſſerũtur. Neqꝫ.n. qui defendũt eam: uerſutiꝰ diſſerendo ſunt: nec qui cõtradicuut cauſam difficilẽ repellũt. Ipſe etiã dicit Epicurus: nec argumẽtãdũ quidẽ eſſe de uoluptate: quod ſit poſitũ eius iudiciũ in ſenſibus ut cõmoneri nos ſatis ſit: nihil attineat doceri. Quare illa nobis ſimplex fuit in utranqꝫ partẽ diſputatio. Nec.n. in Torquati ſermone quicq̃ implicitũ: aut tortuoſum fuit: noſtraqꝫ: ut mihi uideꝫ: dilucida oratio. Stoicoꝝ autẽ nõ ignoras q̃ ſit ſubtile uel ſpinoſum potius diſſerendi genꝰ. Idqꝫ cum græcis tum magis nobis: quibus etiam uerba parienda ſunt: imponẽdaqꝫ noua nouis rebus nomina. Quod quidẽ nemo mediocriter doctꝰ mirabiꝫ: cogitãs i omni arte: cuiꝰ uſus uulgaris cõmuniſqꝫ nõ ſit: multam no uitatẽ nominũ eſſe: quum conſtituantꝫ eaꝝ rerum uocabula: quæ in quaqꝫ arte uerſentur. Itaqꝫ & dialecticí & phyſici uerbuis tũtꝫ iis: q̃ ipſi grẽcię nota ñ ſunt: Gcometræ uero: muſici: grãmatici etiam more quodã loquuntꝫ ſuo. Item ipſe rhetoꝝ artes: quæ ſunt totæ forenſes atqꝫ populares: uerbis tamen in dicendo quaſi priuatis utuntꝫ ac ſuis: atqꝫ ut omittam has artes elegantes & ingenuas: nec opifices quidem tueri ſua artificia poſſent: niſi uocabulis uterentur nobis incognitis uſitatis ſibi. Quin etiam agricultura quę abhorret ab omni politiore elegantia: tamen eas tes: in quibus uerſatur nominibus notauit nouis. quo magis hoc philoſopho faciendum eſt. Ars eſt enim philophia uitę: de qua diſſerens arripere uerba de foro non poteſt Quamq̃ ex omnibus philophis Stoici plurima nominauerũt. Zeno quoqꝫ eorum princeps: non tam rerum inuentor fuit: q̃ nouorum uerborum: qd̃ ſi i ea lingua quã plericqꝫ uberiorem putant: cõceſſum a grẽcia eſt: ut doctiſſimi homines de rebꝰ non peruulgatis inuſitatis uerbis utere ntur Quanto id uel nobis magis eſt concedendum: qui ea nunc primum audemus atingere: & ſi quod ſępe diximus: & quidẽ cum aliqua querela: non grẽcorum modo: ſed etiam eorũ: qui ſe grẽcos magis q̃ noſtros haberi uolunt. nos non modo non uinci a grecis uerborum copia: ſed eſſe in ea etiam ſuperiores elaborãdum q̃ eſt ipſorum cõſequamur. Quanq̃ ea uerba: quibus ex inſtituto ueterum utimur pro latinis: ut philoſophia: ut rhetorica dialectica: grammatica: geometria: muſica: & aſtrologia: q̃q̃ latine ea dici poterant: tamen quoniam uſu percepta ſunt: noſtra dicamus. atque hęc equidem de rerum nominibus: de ipſis rebus autem ſępenumero Brute uereor ne rephendar: quũ hec ad te ſcribam: q tum in philoſophia: tum i optimo genere philoſophię tãtum proceſſeris: quod ſi facerem quaſi te erudiens iure reprehenderet: ſed ab eo plurimum abſum. Neqꝫ ut ea cognoſcas: quę tibi notiſſima ſunt: ad te mitto: ſed quia facillime i nomine tuo acquieſco: & quia te habeo ęquiſſimum eorum ſtudiorum: quę mihi communia tecum ſunt: eſtimatorem & iudicem. Attendes igitur: ut: ſoles: diligenter eamqꝫ cõtrouerſiã diiudicabis: que mihi fuit cum Auunculo tuo diuino: ac ſingulari uiro. Nam i Tuſculano cum eſſem: uellemque e Bibliotheca pueri Lucilli quibuſdam libris uti: ueni in eius uillam: ut eos ipſe: ut ſolebam: inde promeram. quo quum ueniſſem. M. Catonem quẽ ibiꝫ eſſe neſcieram: uidi in Bibiloiteca ſedentem multis circũfuſis Stoicorũ libris eratenim in eo: ut: ſcis: inexhauſta audieras legendi: nec ſatiari poterat. Quippe qui nec reꝑhẽſionẽ qdẽ uulgi inanẽ reformidãs i ipſa curia ſoleret legẽ ſępe. dũ ſenatꝰ cogeretꝫ. Nil opere rei. pu. detrahens: quo magis: tũ in ſũmo ocio: maximaqꝫ copia

copia quasi belluo librorum: si hoc uerbo tam in clara re utendū est uidebar. Quod quum accidisset: ut alter alterum: nec opinato uideremus: surrexit statim: deinde prima illa quæ in congressu solemus. Quid tu inquit huc? a uilla. n. credo: & si ibi te esse ipse scirem: ad te ipse uenissem: heri. Inquā ludis commissis ex urbe profectus ueni ad uesperam: causa. n. fuit huc ueniendi: ut quosdam hinc libros promerem. & quidem. Cato hanc totam copiam a Lucullo nostro notam eē oportebit: nam his libris eum malo: quā reliquo ornatu uillę delectari. Est. n. mihi magnæ curę: q̄q̄ quidem hoc proprium tuum munus est: ut ita eruditur: ut & patri: & Scipioni nostro: & tibi tam propinquo respondeat. Laboro autem non sine causa: nam & aui eius memoria moueor. Nec enim ignoras quāti fecerim Scipionem: qui ut opinio mea fert in principibus iam esset si uiueret: & Lucullus mihi uersatur ante oculos uir tum oīb⁹ excellens: tum mecū & amicitia: & omni uolūtate sentētiaq; cōiunctus. Preclare inquit facis: quū & eor̄ memoriā tenes: quor̄ uterq; tibi testamēto liberos suos cōmēdauit: & puer̄ diligis. Quod aūt meū munus dicis: nō equidem recuso: sed te adiungo sociū addo etiā illud: multa iam mihi dare signa puer̄ & pudoris: & ingenii: sed ętatem uides: uideo eqdem in quā: sed inflci tamē iam debet his artibus: quas si dum est tener cōbiberit: ad maiora ueniet paratior. sic eqdem diligentius: sæpiusq; ista loquemur inter nos: agemusq; cōmuniter: sed resideamus inquit si placet. Itaq; fecim⁹. tum ille: tu aūt quū ipse tātum libror̄ habeas: quos hic tandem requiris cōmētarios? Quosdam inquā aristotelicos: quos hic sciebam esse: ueni ut auferrē: quos legerem dum essem otiosus: quod qdem nobis: ut scis: nō sæpe cōtingit. Quā uellem inquit ut te ad Stoicos inclinasses: erat. n. si cuiusq̄: certe tum: nihil præter uirtutē in nobis ducere. Vide ne magis inq̄ tuū fuerit: cum re idem tibi: quod mihi uideretur: non noua te rebus nomina imponere. ratio enim nostra cōsentit: oratio pugnat. minime uero inquit ille cōsentit. Quicqd enim præter id: quod honestū sit expetēdum esse dixeris: in bonisq; numeraueris: & honestū ipsum: quasi uirtutis lumen extinxeris: & uirtutē penitus euerteris. Dicūtur ista Cato magnifice inq̄: sed uides ne uerbor̄ gloriā tibi cū Pyrrhone: & Aristone: q omnia exęquent: esse cōmunē? De quibus cupio scire quid sentias. Ego ne quæris inquit scire quid sentiā? Quos bonos uiros: fortes: iustos: moderatos: aut audiuimus in re. pu. fuisse: aut ipsi uidimus: q sine ulla doctrina naturā ipsam secuti: multa laudabilia fecerūt: eos melius a natura institutos fuisse: q̄ instituī potuissent a philosophia: si ullā aliam pbauissent q̄ eam: quæ nihil aliud in bonis habet nisi honestū: nihil nisi turpe in malis. Cæteræ philosophor̄ disciplinę oīno alia magis: alia minus: sed tamē omnes: quo rem ull ā uirtutis expertē: aut in bonis: aut in malis numerent: eas nō modo nihil adiuuare arbitror: nec affirmare: quo meliores simus: sed ipsam deprauare naturam. nam si hoc non obtineatur id solum bonum esse: quod honestū sit. nullo modo pbari possit beatam uitam uirtute effici: quod si ita sit: an opera philosophiæ sit danda: nescio. Si enim aliquis sapiēs miser eē possit: ne ego istam gloriā: memorabilēq; uirtutem non magno æstimandā putem. Quæ adhuc Cato a te dicta sunt: eadem inq̄ dicere posses: si sequerere Pyrrhonē aut Aristonem: nec enim ignoras: si uis istud honestum non summū modo: sed etiam: ut tu uis: solum bonū uideri. q̄ si ita est sequitur id ipsum: quod te uelle uideo: Omnes semper beatos esse sapientes. Hos ne igitur laudas? & hanc eor̄ inq̄ sententiā sequi

nos censes oportere. Minime uero istorum quidem inquit. Quum.n. uirtutis hoc ꝓ prium sit: earum rerum: quę secundum naturam sint habere delectum: qui omnia sic exæquarunt: ut in utranque partem ita paria redderēt: ut in nulla selectione uteren tur eius uirtutem ipsam sustulerunt. Istud quidem inquā optie dicis: Sed quęro nō ne tibi faciendum idem sit: nihil dicenti bonum: quod non rectum honestumq; sit: re liquarum rerum discrimen omne tolenti? si quidem inquit tollerē sed relinquo quo nam modo inquam: si una uirtus: unum istud quod honestum appellas: rectum: lau dabile: decorum: erit enim notius quale sit pluribus notatum uocabulis idē declarā tibus: id ergo inquā si solū est bonū. quid habebis præterea quod sequare? at si nihil malum nisi quod turpe. inhonestū: indecorum: prauum: flagitiosū: fędum: ut hoc quoq; pluribus nominibus insigne faciamus quid præterea dices esse fuigiendum Non ignoranti inquit tibi quid sum dicturus: sed aliquid ut ego suspicor ex mea bre ui responsione arripere cupienti: non respondendo ad singula: explicabo potius: quo niam ociosi sumus nisi alienū putas: totā Zenonis: Stoicorumq; sententiā. Minime id quidem inquā alienum: multum que ad ea quae quærimus explicatio tua ista pro fecerit. experiamur igitur inquit & si habet hæc Stoicorum ratio difficilius quiddam & obscurius. Nam quum in graeco sermone hæc ipsa quondam rerū nomina noua tum non uidebātur: quæ nunc consuetudo diuturna triuit: Quid censes i latino fore faciendum? faciendum id quidem est inquā. Si.n. zenoni licuit: cū rem aliquā inue nisset inusitatā: inauditum quoque ei rei nomē imponere: cur nō liceat Catoni? Nec tantū exprimi uerbū e uerbo necesse erit: ut iterpretes indiserti solent: quū sit uerbū quod idem declaret magis minusue usitatum equidem soleo etiam quod uno gręci: si aliter non possū idem pluribus uerbis exponere: & tamē puto concedi nobis opor tere ut gręco uerbo utamur: si quando minus occurret latinū: ne hoc Ephippiis: & Acratophoris potius. Proegmenis: & Apoproegmenis concedatur: Quanquā hæc quidē præposita recte: & reiecta dicere licebit. Benefacis iquit: ꝙ me adiuuas: & istis quidē quæ modo dixisti: utar potius latinis. In cæteris subueniēs: si me hærētem ui debis. Sedulo inquā faciā: sed fortuna fortis: quare conare quæso quid. n. hoc agere possumus diuinius? Placet his iquit quorum ratio mihi probatur: simulatq; natum sit animal: hic.n. est ordiendum: ipsum sibi conciliari: & commendari ad se conseruā dum: & ad suum statum: & ad ea quæ conseruātia sunt statū eius diligenda: alienari autem ab interitu: iisq; rebus: quæ interitum uideantur afferre: Id ita esse sic pro bant: ꝙ antequam uoluptas: aut dolor attigerit: salutaria appetūt parui: aspernēt ꝙ contraria. Quod non fieret nisi statum suum deligerent: interitum timerent fieri autē non posset ut appeterent aliquid: nisi sensum haberent sui: eoq; se & sua diligerēt: ex quo intelligi debet principiū ductū esse a se diligendi sui in principiis aūt naturalib⁹ diligendi sui pleriq; Stoici non putant uoluptatem esse ponendam? Quibus ego ue hementer assentior: ne si uoluptatē natura posuisse in his rebus uideat: quæ primæ appetuntur: multa turpia sequant. satis esse autem argumenti uidetur: quamobrem illa quę natura prima sūt ascita natura diligamus. Quod est nemo quin quum utrū uis liceat: aptas malit & integras omnes partes corporis: quam eodem usu iminutas & detortas habere. Cognitiones autem uel si hæc uerba minus placent: aut minus intelligunt. Catalepsis appellemus: licet eas ipsas propter se ascisciēdas arbitramur

q̄ habeant quiddam in se quasi complexum & continens: ueritatem: id autem i par uis intelligi potest: quos delectari uideamus: etiam si eorum nihil interfit: si quid ratí one per se ipsi inuenerũt Artes etiam ipsas propter se assumendas putamus: tũ quia sit in his aliquid dignum assumptione: tum quod constent ex cognitionibus: & con tineãt quiddam in se ratione constitutum: & uia a falsa autem assensione magis nos alienatos esse: quã a ceteris rebus quę sunt contra naturã: arbitrantur. Iam membro rum. i. partium corporis: alia uidẽtur propter eorum usum a natura esse donata: ut man⁹: crura: pedes ut ea quę sunt intus i corpore quorum utilitas quãta sit a medicis etiam disputatur alia autem nullam ob utilitatẽ quasi. ad quendã ornatũ: ut cauda pauoni. pennę uersicolores columbis: uiris mammę atque barba: hęc dicuntur for tasse iciunius. Sunt enim quasi prima elementa naturę: quibus ubertas orationis ad hiberi uix põt: nec eqdẽ eã cogito cõsectari. Verũ tamẽ quum de rebus grãdioríb⁹ dicas: Ipse res uerba rapiunt: Ita fit cum grauior: tum etiam splendídíor oratio. est ut dicis inq̄: sed tamen omne quod de re bona dilucide dicitur: míhi pręclare dici uide tur. Istiusmodi autem dicere ornate uelle puerile ẽ: plane autẽ & perspicue expedire posse docti: & intelligentis uiri. Progrediamur igitur quoniã inquit ab his principiis naturę discessimus: quibus congruere debent quę secuntur. Sequitur autem prima diuisio hæc estimabile esse dicitur sic. n. ut opinor appellamus Id quod aut ipsum se cundum naturam sit: aut tale quid efficiat: ut selectione dignum propterea sit: quod aliquod pondus habeat dignum estimatione: quã ille Axian uocat: Cõtra que iæsti mabile quod sit superiorí contrariũ. Initiis igitur ita constitutis: ut ea quę secundum naturam sunt: ipsa propter se sumenda sint. Contraria q̄ item reicienda: Primum est officium: id. n. appello cathecon: ut se conseruet i naturę statu: deinceps ut ea teneat quę secundũ naturam sint pellatq̄ contraria: que inuenta selectione: & itẽ reiectione sequũtur: deinceps quum officio selectio: deinde ea perpetua: tum ad ex tremum cõ stans consentaneaq̄ naturę: in qua primum in esse incipit: & intelligit quid sit quod uere bonum possit dici: Prima est. n. conciliatio hominis ad ea quæ sunt secundum naturam: simul autem cepit intelligẽtiã: uel notionẽ potius quam appellant Ennian illi: uincitq̄ rerum agendarum ordinẽ: & ut ita dicam concordiã: multo eã pluris esti mauit: q̃ omnia illa quę primũ dilexerat: atq̄ ita cognitione & ratione collegit: ut sta tueret in eo collocatum suum illud hominis per se laudandum: & expetendũ bonum qđ cõpositũ sit i eo: qđ Omologiã Stoici: nos appellemus cõuenientiã: si placet: qum igitur in eo sit id bonũ: referenda sunt: omnia honeste facta Ipsumq̄ honestũ: quod in bonis ducitur: q̃q̄ post oritur tamẽ id solum uí sua: & dignitate expetẽdũ. est eorũ autem quæ sũt prima naturæ propter se nihl ẽ expetendũ. quũ uero illa quæ officia esse dixi proficiscantur ab initiis naturae necesse est ea ad haec referrí: ut recte dici possit omnia officia eo referrí: ut adipiscamur principia nature: nec tamen ut hoc sit bonorum ultimum: propter ea q̄ non est in primis naturę conciliationibus honesta actio. consequens. n. est: & post oritur ut dixi est tamen ea secundum naturam mul toq̄ nos ad se expetendum magis hortatur: q̃ superiora omnia. Sed ex hoc primum error tollendus est. ne quis sit qui existimet: ut duo sint ultima bonorum. ut. n. si cui propositum collimare hastam aliquam: aut sagittam: sicut nos ultimum in bonis di ximus: sic illi facere omia quæ possit: ut collimet: & tamẽ ut omia faciat, quo ꝓpositũ

assequatur. Sed hoc quasi ultimum: quale nos summū in uita bonum dicimus: illud autem ut feriat quasi seligendum: non expetendum. quum autē omnia officia a principiis naturæ proficiscantur: ab hisdem necesse est proficisci ipsam sapientiam: sed quemadmodum sæpe fit ut is qui commendatus sit alicui: pluris eum faciat cui commendatus sit: quam illum a quo sit: miníme mirum est. Primo nos sapiētiæ commē dari ab initiis naturæ: post autem ipsam sapiētiā nobis cariorem fieri: quam illa sint aquibus ad hanc uenerimus. atque ut membra nobis ita data sunt: ut ad quandam rationē uiuēdi data cē appareāt: sic appetitio animi: quæ Horme grece uocat: nō ad quoduis genus uitæ: sed ad quandam formam uiuendi uidet data. Item que & oratio & pfecta rō ut. n. histriōi actio: saltatori motus: nō quis: sed certus qdā ē datus sic uita agenda est certo genere quodam: non quolibet: quod genus conueniens: & cōsentaneumq; dicimus. nec enim gubernationi: aut medicinæ similem sapientiā esse arbitrramur: sed actioni illi potius quā dixi: & saltationi: ut arte in ipsa insit: non foris petatur extremum. i. artis effectio: & tamen est etiam alia: cum his ipsis artibus sapientiæ dissimilitudo: propterea quod in illis quæ recte facta sunt non continentur tamen omnes partes exquibus constant. quæ autem nos aut recta: aut recte facta dicamus si placet: illi appellant Catorthomata: omnes numeros uirtutis continēt sola enim sapientia in se tota conuersa est. Quod idem in cęteris artibus non fit. Inscite autem medicinæ: & gubernationis ultimum cum ultimo sapientię comparatur sapientia. n. & animi magnitudinem complectitur: & iusticiā: & ut omnia quę homini accidant: infra se esse iudicet: quod idem in cæteris artibus non contingit, tenere autem uirtutes eas ipsas: quarum modo mentionem feci: nemo poterit nisi statuerit nihil esse quod intersit: aut differat aliud ab alio: præter honesta & turpia. uideamus nunc quā sint præclare illa: iis quæ iam posui consequentia: quū enī hoc sit extremū sentis. n. credo me iam diu quod Telos græcus dicat: id dicere tum extremum: tum ultimū: tū summum: licebit etiam finem pro extremo: aut ultimo dicere. quū. n. hoc fit extremum congruenter naturæ: conuenienterque uiuere: necessario sequitur omnes sapientes semper foeliciter absolute fortunate uiuere: nulla re impediri: nulla prohiberi: nulla egere: quod autem continet non magis eam disciplinā de qua loquor: q̄ uitam fortunasq; nostras. i. ut quod honestum sit: id solū bonum iudicemus. Potest id quidē: & copiose: & omnibus electissimus uerbis: grauissimisq; sentētiis rhetoricæ: & augeri: & ornari: sed cōsectari me. Stoicorum breuia & acuta delectat. Cōcluduntur igitur eorum argumenta sic: quod est bonum omne laudabile eē. Quod autem laudabile est omne honestū est: bonum igitur quod est: honestū est. Satis ne hoc conclusum uidetur? certe. Quid enim efficiebatur ex his duobus quæ erant sūpta? In eo uides esse conclusum: duorū autem equibus effecta conclusio est: contra superius dici solet: non omne bonū esse laudabile. Nam quod honestū sit: laudabile esse conceditur. Illud autem perabsurdum bonum esse aliquid: quod non expetēdū sit. Aut expetendum quod non placens. Aut si id non etiam diligendum: ergo & ꝓbandum. Ita etiam laudabile. Id autem honestum. Ita fit ut quod bonum sit id etiā honestū sit. Deide quæro quis aut de misera uita possit gloriari: aut de beata de sola igitur beata ex qua efficitur gloriatione ut ita dicam dignam esse beatam uitā q̄ non possit equidem inhonestæ uitæ iure contingere. Ita fit ut honesta uita: beata uita sit

& quoniam is:cui contingit:ut iure laudetur:habet insigne quiddam ad decus & ad gloriam:ut ad ea quę tanta sit:beatus dici iure possint idē de uita talis uiri rectissime dicitur. Ita si beata uita honestate cernitur:quod honestum est:id bonum solum habendum est:quod uero negari nullo modo possit. Quem inquam stabili:& firmo & magno animo:quem fortem uirum dicimus effici posse:nisi constitutum sit: non eē malum dolorem:ut.n.qui mortem in malis ponit:non potest eam non timere.sic nemo ulla in re potest id quod malum esse decernit non curare idq; contemnere. Quo posito:& omnium assensu approbato:Illud assumitur eū qui magno sit animo atq; forti omnia:quę cadere in hominem possint despicere: & pro nihilo putare: Quę quum ita sint effectum est:nihil esse malum quod turpe non sit. Atq; iste uir alt9 & excellens magno animo uero fortis infra se omnia humana ducens if inquam quem efficere uolumus:quē quęrimus certe & confidere sibi debet:& suę uite:& acte: & consequenti: & bene de se iudicare statuens: nihil malum posse incidere. ex quo intelligitur idem illud solum bonum esse quod honestum sit:idq; esse beate uiuere et honeste idest cū uirtute uiuere. Nec uero ignoro uarias philosophorum fuisse sententias eorum dico qui summum bonum:quod ultimum appello in animo poneret quas q̄q̄ uitiose quidam secuti sunt:tamen non modo iis tribus qui uirtutem a summo segregauerunt:qum aut uoluptatem:aut uacuitatem doloris:aut prima:natura in summis bonis ponerent sed etiā alteris tribus qui mācam fore putauerunt sine aliqua accessione uirtutē:ob eam que rem trium earum rerū quas supra dixi singula singulis addiderunt iis tamē omnibus eos antepono cuiusmodi sunt qui summū bonū in animo atque in uirtute posuerūt. Sed tamē perabsurdi:& ii qui cū scientia uiuere ultimū bonorū & qui nullā rerū differentiā esse dixerūt:Atq; ita sapientē beatū fore nihil aliud alii momento ullo anteponentē:ut quidā Achademici constituisse dicuntur extremū bonorū:& summū munus esse sapiētis obsistere iussis:assensuq; suos firme sustinere:iis singulis copiose responderi solet:sed quæ perspicua sunt longa eē non debent:quid autem apertius quam si selectio nulla sit ab his rebus quę contra naturam sint earum rerum quę sint secūdum naturam tollatur demum omis ea quę quęritur laudaturq; prudētia:circunscriptis igit iis sententiis quas posui:& is quae similes earum sunt:Relinquitur ut summum bonum sit uiuere scientiam adhibentē earum rerum quę natura eueniant:seligentem quę secundum naturam:& si quę etiam cōtra naturam sunt reiicientem.i.conuenienter:congruenterque naturæ uiuere sed in cæteris artibus quum dicitur artificiose: posterum quodam modo: & consequens putandū est:quod illi epigenematicon appellant:quod autem in quo sapienter dicimus id apprime rectissime dicitur: quicquid. n.sapientem proficiscitur: Id cōtinuo debet expletum esse omnibus suis partibus in eo enim positum est id qd dicimus esse expetēdum.nam ut peccatum est patriam prodere:parētes uiolare:Phana depeculari quæ sunt in effecto:sic timere:sic mœrere:sic in libidine esse:pecatum est etiam sine effectu:uerum ut hæc non in posteris & in consequentibus sed in primis continuo peccata sunt:sic ea quæ proficiscuntur a uirtute:susceptione prima nō perfectione recte sunt iudicanda:bonum autem quod in hoc sermone totiēs usurpatū est:Id etiam definitione explicetur:sed eorum difinitiones paulū oppido inter se differūt:& tamē eodem spectant. Ego assentior Diogeni qui bonum difinierit id quod

esset natura absolutum id autem sequens: illud etiam quod prodesset: ophelen enim sic appellemus: motum aut statum esse dixit e natura absoluta. Quinque rerum notiones in animis fiant si aut usu aliquid cognitum sit: aut cōiunctione: aut similitudine: aut collatione rationis: hoc quarto quod ē extremum posui bonū notitia facta est: quum enim ab his rebus quæ sunt secundū naturam ascendit animus collatione rationis: tum ad notionem boni peruenit. Hoc autem ipsum bonum nō accessione: neque crescendo: aut cum cæteris comparando: sed propria ui sua & sētimus & appellamus bonum: ut enim mel. & si dulcissimum est: suo tamen proprio genere saporis: non cōparatione cum aliis dulce esse sentitur: sic bonū hoc de quo agimus est illud quidem plurimi æstimādū: sed ea æstimatio genere ualet: non magnitudine nam quum æstimatio quæa Axia dicitur: neque ī bonis natura sit nec rursus ī malis quātumquunq; eo addideris in suo genere manebit. alia ē igitur propria æstimatio uirtutis quę genere non crescendo ualet: nec uero perturbationes animorum quæ uitam insipientium miseram accerbā que reddunt quas græci Pathe appellāt: potes ram ego uerbum ipsum interpretans morbos appellare: sed non conueniet ad omia Quis enim misericordiam: aut ipsam iracundiam morbū solet dicere? At illi dicunt. Pathos sit igitur perturbatio: quæ nomine ipso uitiosa declarari uidet. Nec hæ perturbationes ui aliqua naturali mouētur: omnesque hę sūt genere quatuor: Partib9 plures ægritudo: formido: libido quamque Stoici communi nomine corporis & animi hedonē appellant. Ego malo lætitiam appellare: quasi gestientis animi elationem uoluptariam: perturbationes autem nulla nature ui cōmouentur: omia quæ ea sunt: opiniones ac iudicia leuitatis Itaque iis sapiens semper uacabit. Omne autē quod honestum sit: id esse propter se expetendum commune nobis est cū multorū aliorum philosophorum sententiis. præter enim tres disciplinas quę uirtutem a summo bono excludunt: cæteris omnibus philosophis hęc ē tuenda sententia: maxime tamen his Stoicis: qui nihil aliud in bonorum numero nisi honestum esse uoluerunt sed hæc quidem est perfacilis: & perexpedita defensio. quis est enim: aut quis unquā fuit: aut auaritia tā ardenti aut tam effrenatis cupiditatib9: ut eādem illam rē quam adipisci scelere quouis uelit: non multis partibus malit ad se se etiā omni impunitate proposita sine facinore: quā illo modo peruenire? quā uero utilitatem: aut quē fructum petentes scire cupimus illa quæ occulta nobis sūt quomodo moueat quib9 que de causis ea uersantur ī cælo? quis autem tam agrestibus istitutis uiuit: aut quis contra studia naturæ tā uehementer obdurauit: ut a rebus cognitu dignis abhorreat easq; sine uoluptate: aut utilitate aliqua: nō requirat: & pro nihilo putet? aut quis est qui Maiorum aut Aphricanorum: aut eius quem tu ī: ore semper habes proauī mei cæterorumque uirorum fortium: atq; omni uirtute præstantium: facta: dicta: cōsilia cognoscens nulla animo afficiatur uoluptate? quis aut honesta in familia institutus: & educatus ingenue: non ipsa turpitudine etiam si eum læsura non sit offenditur? qs animo aequo uidet eum quē impure: ac flagitiose putet uiuere? qs nō odit sordidos: uanos: leues: futiles? Quid autem dici poterat si turpitudinem non ipsam pse fugiēdam esse statuerim9: quominus homies tenebras & solitudinē nacti nullo dedecore se abstineāt? nisi eos per se feditate sua turpitudo ipsa deterreat inumerabilia dici possunt in hanc sententiam: sed nō necesse est? nihil est enī de quo minus dubitari possit

q & honesta expetenda per se:& eodem modo turpia perse esse fugienda.Cõstituto autem illo de quo ante diximus:quod honestum sit id esse solum bonũ:Intelligi ne cesse est pluris id quod honestum sit æstimandũ esse quã illa media quæ ex eo com parẽtur. stultitiam aũt et te meritatem:& iustitiam :& intemperantiam:quũ dicim9 esse fuigiendam ꝓpter eas res quæ ex ipsis eueniat:nõ ita dicimus :ut cum illo quod positum est:solum id esse malum :quod turpe sit:hæc pugnare uideatur oratio: pro pterea quod ea non ad croporis incomodum referuntur:sed ad turpes actiones quę oriuntur a uitiis:quas. n. greci Cacias appellant:uitia malo quã malitias nominare Hec tu in q̃ Cato uerbis illustribus :& id quod uis declarantibus.Itaq; mihi uideris latine docere philosophiã:& ei quasi ciuitatẽ dare:quæ quidẽ adhuc peregrinari Ro me uidebat̃:nec offerre se se nostris sermonib9 :& istã maxime ꝓpter limatã quadã & rerũ & uerborũ tenuitatẽ.Scio.n.quosdã q̃ q̃uis lingua philosophari possint:nul lis enĩ partionib9:nullis definitionibus utunt̃ ipsi q dicunt ea se modo ꝓbare qbus natura tacita assẽtiat̃.Itaq; i rebus miníme obscuris nõ multũ est apud eos discernẽ di labor:quare atendo te studiose & quęconq; rebus his de quibus hic sermo est no mina imponis memorie mando:mihi enim erit isdem istis fortasse iam utendum uir tutibus. Igitur rectissime mihi uideris:& ad consuetudinem nostræ orationis uitia posuisse contraria quod enim uituperabile est per se ipsũ:id eo ipso uitium nosatum puto:uel etiam a uitio dictum uituperari.Si Cachian malitiam dixisses ad aliud nos unum certum uitium consuetudo latina traduceret:hoc omni uirtuti uitium contra rio nomine opponitur. Tum ille his igitur ita positis inquit sequitur magna conten tio quæ pertractata est a peripateticis mollius. Est enim eorum consuetudo dicendi non satis acuta propter ignorationem dialecticæ.Carneades tuus egregia quadam exercitatione in dialecticis summa q̃; eloquentia rem in summum discrimen aduxit: propterea q; pugnare non destitit:in oĩ hac questione quæ de bonis & malis appel letur non esse rerum Stoicis cum Peripatecticis controuersiam:sed nominum:mihi autem nihil tam perspicuum uidetur:q̃ has sententias eorum Philosophorum re in ter se:magis q̃ uerbis dissidere.Maiorem multo habere Stoicos & peripateticos re rum omnino discrepantiam quam uerborum Quippe quum peripatectici omnia quæ ipsi bona appellant:pertinere dicant ad beate uiuendum:nostri uero quod æsti matione omnino aliqua dignum sit compleri beatam uitam putent:an non certius quicquam potest esse q̃ illa ratio est horum qui dolorem in malis ponunt: nõ posse sapientem beatum esse quum eculeo torqueatur:Eorum autem qui dolorem in ma lis non habent:ratio certe cogit:ut in omnibus tormentis conseruetur beata uita sa pienti:etenim si dolores eosdem tollerabilius patiantur qui excipiunt eos pro patria: q̃ qui leniore de causa:opinio facit non natura uim doloris aut maiorẽ aut minorem Ne illud quidem est consentaneum : ut si cum tria genera bonorum sint : quæ sen tentia est Peripateticorum eo beatior quisque sit : quod sit corporis : aut externis bonis: plenior: ut hoc idem approbandum sit bonis : ut qui plura habeat quæ in corpore magni æstimantur sit beatior . Illi enim corporis commodis compleri uitam beatam putant : nostri nihil minus . Nam quum ita placeat : nec eo rum quidem bonorum quae nos bona uere appellemus frequentia beatiorem

beatiorem uitam fieri.aut magis expetendam:aut pluris æstimandam: certe minus ad beatam uitam pertinet multitudo corporis commodorum:& enim si ualere & sapere magis expetendum sit quam sapere solum:neque tamē si utrunque sit æstimatione dignum:pluris sit coniunctum:quam sapere ipsum seperatum.Nam qui ualitudinem æstimatione aliqua digna uideamus:neque tamen eam ī bonis ponimus idem censemus nullam esse tantam æstimationem:ut ea uirtuti anteponatur.Quod idem Peripatetici non tenent:quibus dicendum est:quæ & honesta actio sit:& sine dolore eam magis esse expetendam quam si esset eadem actio cum dolore Nobis aliter uidetur.recte secus ne postea:sed potest ne rerum maior esse dissensio:ut enim obscuratur & effunditᵉ luce solis lumē lucernæ:et ut iterit magnitudine maris Egei stilla maris & ut in diuitiis Cresci Terutii accesio:& gradus unus in ea uia quæ est hinc in indiam:sic quum sit is bonorum finis quem Stoici dicunt:omnis ista rerum in corpore harum existimatio:splēdore uirtutis & magnitudine obscuretur & obruatur atque intereat necesse est:et quemadmodum oportunitas sic enim appellemus Euceriam non fit maior productione temporis.habent enim suum modum quæcū que opportuna dicūtur:sic recta effectio Catorthosim.n.Ita appello quoniā rectum factum catorthoma ita conuenientia, recta igitur effectio:denique ipsum bonum: quod in eo, positum est ut naturæ consentiat, crescendi accessionem nullam habet ut.n.oprtunitas illa sic hæc de quibus dixi non fiunt temporis productione maiora ob eamqꝫ causam Stoicis non uidetur optabilior:nec magis expetanda beata uita si sit longa:quam si breuis:utunturque simili: ut si Cothurni laus illa esset ad pedem apte conuenire:neque multi Cothurni paucis anteponerentur:nec maiores minoribus:sic omne quorū bonū conueniētia atqꝫ opportūitate finitur:nec plura paucioribus:nec longiquiora breuioribus anteponerent:nec uero satis acute dicunt si bona ualitudo pluris æstimanda sit longa quā breuis:sapientiæ quoque usus longissimꝰ quisque sit plurimi: Non intelligunt ualitudinis æstimationem spacio iudicari: uirtutis opportunitate:ut uideantur qui illud dicant idem hoc esse dicturi:bonam mortem:& bonum partum meliorem longum esse quam breuem:non uident alia breuitate pluris æstimari:alia diuturnitate:Itaqꝫ consentaneum est his que dicta sunt ratione illorum qui illum bonorum finem quod appellamus extremum:qđ ultimū crescere putent posse iisdem placere esse alium alio etiam sapientiorem: Itemque alium magis alio uel peccare:uel recte facere:quod nobis non licet dicere:qui crescere bonorum finem non putamus:ut.n.qui demersi sūt ī aqua:nihilo magis respirare possunt:si longe sunt a summo:ut iam iamque possint emergere quam si etiam quum essent in profundo:nec catulus ille qui iam appropinquat ut uideat plus cernit quam is qui modo est natus.Item qui processit aliquantum ad uirtutis aditū nihil ominus ī miseria est:quam ille qui nihil processit:hęc mirabilia uideri intelligo.Sed quum certe superiora firma ac uera sint:his autem ea consentanea & consequentia ne de eoū quid ē ueritate dubitādū:sed q̄q̄ negēt:nec uirtutes nec uitia crescere:& in de qꝫ eorꝫ fundi quodāmodo:& quasi dilatari putāt:diuitias autā Diogenes cēseat eā nō modo uim hr̄d:ut quasi duces sint ad uoluptatē & ad ualitudinē bonā:sed etiam ut in ea contineant:nō idē facere eas ī uirtute neqꝫ ī ceteris artibus:ad quas esse dux pecunia potest;cōtinere autem nō pōt.Itaqꝫ uoluptas aut si bona ualitudo sit bonis

diuitias quoq; in bonis esse ponendas. At si sapientia bonum sit: non sequitur ut etiã diuitias bonum esse dicamus: nec ab ulla re quæ non sit in bonis: id quod sit in bonis cotineri potest: ob eamque causam quia cogitationes comprehensionesque rerum e quibus efficiuntur artes: ad appetitiones mouent cum diuitiæ non sint in bonis: nulla ars diuitiis contineri potest. Quod si de artibus concedamus: uirtutis tamẽ non sit eadem ratio: propterea quod hæc plurimę cõmedationis & exercitationis indigeat. Quod idem in artibus non sit: & quod uirtus stabilitatem: firmitatem: constantiam totius uitæ complectatur: nec hæc eadem in artibus esse uideamus. Deinceps explicatur differentia rerum: quam si non ullam esse diceremus: cõfunderet omnis uita: ut ab Aristone: neq; ullũ sapiẽtię munus: aut opus inueniret: quũ iter res eas quę ad uitã degẽdam pertinerẽt: nihil omnino interesset: nõ ullũ delectũ adhiberi oporteret. Itaq; quũ esset satis cõstitutũ: id solũ esse bonũ: quod esset honestũ: & id malũ solũ q; turpe tunc hęc: ut illa quæ nihil ualerent ad beate misereue uiuendum aliquid tamen quod different a se esse uoluerũt: ut essent eorũ alia æstimabilia: alia cõtra: alia neutrũ: quęque: autẽ æstimanda essent eorũ in aliis satis esse causæ quãobrem quibusdã ante ponerentur: ut in ualitudine: ut in integritate sensuũ: ut in doloris uacuitate: ut gloriæ diuitiarũ: similiũ rerũ: alia aũt nõ esse eiusmodi. Itẽ que eorũ quæ nulla æstimatione digna essent: partim satis habere causæ quãobrẽ reiicerẽt: ut dolorem: morbũ: sensum amissionẽ: paupertatẽ: ignominiã: similia horũ: partim nõ. Item que hĩc esse illud exortũ quod Zeno proegmenon: cõtra que quod approegmenõ nominauit: quũ uteretur in ligua copiosa factis tamẽ nõinibus ac nouis: quod nobis in hac inopi lingua nõ cõceditur. q̃q̃ tu hanc copiosiorem etiã dicere soles: sed nõ alienum est quo facilius uis uerbi intelligatur rationẽ huius uerbi faciẽdi Zenonis exponere Et enim inquit nemo dicit in regia regem ipsũ quasi ꝓductũ esse ad dignitatẽ: Idem enim est ꝓegmenon: sed eos qui in aliquo honore sint: quorũ ordo ꝓxime accedit: ut secũdo sit ad regiũ principatũ: sic ĩ uita nõ ea quæ priario loco sũt: sed ea quę secundum locũ obtinent: proegmẽa. i. producta nominẽtur. Quæ uel ita appellemus id erit uerbũ e uerbo uel pro mota & remota: uel ut dudũ diximus præposita uel precipua: & illa reiecta. Re enim ĩtellecta in uerborũ usu faciles esse debemus. Quoniã autẽ omne quod est bonũ primũ locũ tenere dicimus: necesse ẽ nec bonum esse nec malũ hoc quod propositũ: uel p̃cipua nominamus. Itaque id definimus quod sit in differẽs cũ æstimatiõe mediocri. quod. n. ille adiaphoron dicit. Id mihi ita occurrit ut indifferens diceret. Neq; n. illud fieri poterat ullo modo ut nihil relinqueret ĩ mediis quod aut secũdũ naturã eẽt aut cõtra. Nec quũ id relinqueret nihil his poni qd̃ satis æstimabile esset: nec hæc posita: nõ aliqua essẽt p̃posita. Recte igit̃ hæc facta distinctio: atq; etiã ab his quo facilius respici possit: hoc simile ponitur. ut enim inquiunt: si hoc fingamus esse quasi finem: & ultimum ita iacere talum ut recte assistat: qui ita talus erit iactus ut cadat rectus præpositum quiddam habebit ad finem: qui aliter cõtra. Neq; tamen illa præpositio tali ad eum quem dixi finem pertinebit. sic ea quæ sũt præposita: referuntur illa quidem ad ifinem sed ad eius uim naturamque nihil pertinent. Sequitur illa diuisio ut bonorum alia sint ad illud ultimum pertinentia sic enim appello que telica dicuntur: nam hoc ipsum instituamus ut placuit: pluribus uerbis dicere quod non poterimus: ut res intelligatur alia autem effitientia quæ

græci poetica:alia utrũqꝫ.de pertinẽtibus nihil est bonũ prẽter actiões honestas: de efficiẽtibus nihil præter amicum:sed et ptinentem et efficientem:sapientem uolunt esse.nam quia sapientia est cõueniẽs actio:erit cum illo pertinenti genere quod dixi. Quod autem honestas actiones affert:& efficit id efficiens dici potest:hæc quæ prę posita dicimus partim sunt per se ipsa præposita:partim quod aliquid efficiunt: partim utrũqꝫ per se:ut qdam habitus oris & uultus:ut status:ut motus.in quibus sunt & præponenda quædam:& reiiciẽda.alia ob eam rem pręposita dicẽtur quod ex se aliquid efficiant:ut pecuniæ.alia autem ob utrãqꝫ rem.ut integri sensus. ut bona ualitudo.De bona autem fama.quam enim appellant eudoxian: aptius est hoc loco bonam famã appellare quam gloriã.Chrysippus quidem & Diogenes detracta utilitate ne digitum quidem in eam porigendum esse dicebant:quibus ego uehemẽter assentior:qui autem post eos fuerunt:quũ Carneadem sustinere non possent; hanc quam dixi bonam famã ipsam:propter se ꝓpositam & sumendam esse dixerunt;esse que hominis ingenui & liberaliter educati uelle bene audire a parentibus: propinqs a bonis etiam uiris:Idqꝫ propter rem ipsam;non ꝓpter usum:dicuntqꝫ ut liberis consultum uelimus:etiam si postumi futuri sint propter ipsos:sic futuræ post mortẽ famæ:tamen esse propter rem etiam detracto usu consulendum.sed quando quod honestum sit:Id solum bonum esse dicamus:consentaneum tamen est fungi officio: Quum id officium nec in bonis ponamus:nec in malis. Est enim aliquid in his rebus probabile & quidem ita:ut eius ratio reddi nõ possit. Est autem officium quod ita factum est:ut eius facti probabilis ratio reddi possit :ex quo intelligitur officium medium quoddam esse:quod neqꝫ in bonis ponatur:neqꝫ in contrariis;quoniam est in his rebus quæ nec in uirtutibus sunt:nec in uitiis. est tamen quiddam quod usui posset esse:tollendum id non est.Est autẽ eius generis actio quoqꝫ quędam . & quidem talis ut ratio postulet agere aliquid. & facere eorum.qꝫ autem ratione actum sit id officium appellamus.Est igitur officium eius generis quod nec ĩ bonis ponatur: nec in contrariis.Atqꝫ perspicuum etiam illud est in istis rebus mediis aliquid agere sapientem. Iudicat igitur quũ agit officium illud esse:qꝫ quoniam nihil fallitur in iudicando:erit in mediis rebus officium:quod efficitur etiam hac conclusione rationis. quoniam enim uidemus esse quiddam:quod recte factum appellemus: Id autem esse perfectum officium:erit autem etiam inchoatum:ut si iuste depositum reddere in recte factis sit:in officiis ponatur depositum reddere.Illo enim addito iuste facit recte factum:per se autem hoc ipsum reddere in officio ponitur. quoniamqꝫ non dubium est:quin in his quæ media dicimus sit aliud sumendum.aliud reiiciendum:quicquid ita fit aut dicitur omni officio continetur.ex quo intelligitur:quoniam seipsos omnes natura diligunt:tam insipientem quam sapientem sumpturum quæ secundum naturam sint:reiecturumqꝫ contraria.Ita est quoddam commune officium sapientis et insipientis.ex quo efficitur uersari ĩ his quę mędia dicamus. Sed quũ ab his omnia profieiscant officia:non sine causa dicitur ad ea referri omnes nostras cogitationes: in his & excessum e uita:& ĩ uita mansionẽ. In quo.n.plura sunt:quę secundũ naturã sunt huiꝰ officiũ est ĩ uita manere:ĩ quo aũt:aut sũt plura cõtraria:aut fore uidẽt huiꝰ officiũ ẽ e uita excedẽ.Exquo appet & sapiẽtis eẽ aliqñ offim excedere de uita: quum beatus sit.& stulti manere ĩ uita quũ sit miser.Nam bonũ illud et malũ:quod

sæpe iam dictum est postea consequitur: prima autem illa naturæ siue secunda siue contraria sub iudicium sapientis & delectū cadunt, estq; illa subiecta quasi materia sapientiæ. Itaque & manendi i uita & migrādi ratio omnibus his rebus quas supra dixi metienda. Nam neq; his qui uirtute retinent in uita: neq; his qui sine uirtute sūt mors est optēda: ut sæpe officiū est sapiētis deficere a uita: quū sit beatissimus: si id opportune facere possit: quod ē cōueniēter naturę uiuer. sic. n. cēsent opportunitatis esse beate uiuere. Itaq; a sapientia præcipit seipsam si iusserit: sapiens: ut relinquat. Quāobrē quū uitioz ista uis nō sit: ut cām afferāt mortis uolūtarię: perspicuū est ēt stultoz qui iidē miseri sint officiū esse manere in uita: si sint in maiore parte eaz rerū quas secundū naturā esse dicim9: & quoniā excedēs e uita & manens eque miser ē nec diuturnitas magis ei uitā fugiendā facit: nō sine cā dicit is qui pluribus naturalibus frui possint esse i uita manendū. Pertinere autē ad rem arbitāt intelligi natura fieri: ut liberi a parentibus ament: a quo initio pfectā omnē humani generis societatem psequimur. Quod primū intelligi debet figura mēbrisq; corpoz quæ ipsa declarāt pcreādi a natura habitā esse rationē. Neq; uero hæc interse cōgruere possent: ut natura & pcreari uellet: & diligi pcreatos nō curaret. Atq; etiā i bestiis uis nature inspici pōt: quaz in fetu & educatione laborē quū cernimus nature ipsius uocem uidemur audire: quare pspicuū est natura nos a dolore abhorrere. Sic apparet a natura ipsa impelli: ut eos quos genuerimus: amem9. Ex hoc nascit ut etiā cōmunis hominū iter hoīes naturalis sit cōmendatio: ut opporteat hominem ab homine ob id ipm quod homo sit: non alienū uideri: Vt. n. i membris alia sunt tāq; sibi nata: ut oculi: ut aures. Aliqua. n. cæteroz membroz usum adiuuāt: ut crura: ut manus. Sic imanes quædā bestiæ sibi solū natæ sunt. At illa quæ in concha patula pinna dicit: isq; qui nant e cōcha q; eam custodiat Pinophylax uocat: in eamq; quū se recepit: includit ut uideat monuisse: ut caueret. Itēq; formicæ: apes: ciconeæ: alioz etiā causa quædā faciūt. Multo magis hæc cōiunctio est hominis. Itaq; natura sumus apti ad cœtus: cōcilia: ciuitates. Mundū autē censent regi numie deoz: eumq; esse quasi cōmunem urbem & ciuitatem hominū deoz: & unumquēq; nostrum eius mundi esse partem Ex quo illud natura cōsequit: ut cōmunē utilitatem nostrę anteponamus. Vt enim leges omniū salutem: singuloz saluti anteponūt: sic uir bonus & sapiens legib9 parēs & ciuilis officii nō ignarus: utilitate hominū: plusq; unius alicui9 aut suæ cōsulit. Nec magis uitupādus ē pditor patrię: q; cōmunis utilitatis aut salutis defensor ppter suā utilitatem aut salutē. Ex quo fit: ut laudādus sit is qui mortem oppetat p re. pu. q; decet cariorem esse patriā nobis q; nos metipsos: qmq; illa uox ihumana & scelerata dicitur eoz: qui negāt se recusare: quo minus ipsis mortuis terraz omniū deflagratio cōsequatur: quod uulgari quodam uersu græco pnūciari solet. Certe uerum est etiā is, qui aliquādo futuri sint esse ppter ipsos cōsulendū. Ex hac animorum affectione testamenta comendationesq; morientium natæ sunt: quodq; nemo insolitudine uitā agere uelit: ne cum infinita quidem uoluptatum abundantia: facile intelligit nos ad coniunctionem cōgregationemq; hominum & ad naturalem cōmunicationem esse natos. Impellimur autē natura ut prodesse uelimus quāplurimis: i primisq; docēdo rationibusq; prudentiæ tradendis. Itaq; non facile est inuenire qui quod sciat ipse nō tradat alteri. Ita non solum ad discendum propensi sumus. Verum etiam ad docen

dum. Atq; ut tauris natura datum est ut pro uitulis contra leones summa ui ipetuq; cõtendãt sic hi qui ualent opibus atq; id facere possunt: ut de Hercule & Libero accepimus: ad seruandũ genus hominum natura incitant: atq; etiã iouẽ cum optimum & maximũ dicimus: quũq; eundẽ salutarem: hospitalẽ: statorẽ hoc intelligi uolum⁹ salutem hominũ in eius esse tutela. Minime autẽ cõuenit quũ ipsi inter nos abiecti neglectiq; simus: postulare ut diis immortalib⁹ cari simus: & ab his diligamur. Quem admodũ igit mẽbris utimur priusq; didicimus cuius ea utilitatis causa habeamus: sic inter nos natura ad ciuilẽ cõmunitatẽ cõiũcti & cõsociati sum⁹. Quod ni ita se haberet nec iusticiæ ullus eẽt nec humanitati loc⁹. Et quomodo hominũ iter homines iuris esse uincula putãt: sic homini nihil iuris eẽt cũ bestiis. Præclare, n. Crysippus cætera nata esse hominũ causa & deorũ: eos autẽ cõmunitatis & societatis suæ. ut bestiis uti ad utilitatẽ suã possint sine iniuria: quoniãq; ea natura esset hominis: ut cũ genere humano quasi ciuile ius intercederet: qui id cõseruaret eum iustũ qui migraret eum iniustũ fore. Sed quemadmodũ theatrũ quũ cõmune sit recte tamen dici põt eius esse eũ locum quẽ quisq; occuparit: sic in urbe mundoue cõmuni aduersatur iust quo minus suũ quicq; cuiusq; sit. Quũ autẽ ad tuendos: cõseruandosq; homines homĩẽ natum esse uideamus: cõsentaneũ est huic naturæ ut sapiẽs uelit gerere: & administrare rem. pu. Atq; ut e natura uiuat: uxorem adiungere: & uelle ex ea liberos, procreare: ne amores quidem sanctos a sapiente alienos esse arbitrant. Cynicorꝝ autem rationẽ atq; uitã alii cadere i sapienem dicũt: si quis eiusmodi forte casus inciderit: ut id faciendũ sit. Alii nullo modo: ut ergo conseruet omnis homini erga hominem societas: coniunctio: caritas & emulumenta & detrimenta: quæOphelimata & Blammata appellant: cõmunia esse uoluerunt quorꝝ altera prosunt: nocent altera: nec solũ ea cõmunia uerꝝ etiã paria esse dixerũt. Incõmoda autẽ: aut cõmoda: ita enĩ euchrestemata & dyschrestemata appello cõmunia esse uoluerũt. Illa enĩ quæ prosunt aut quæ nocent aut bona sunt aut mala: quæ sint paria necesse esse. Cõmoda autem aut incõmoda in eo genere sunt quæ præposita & reiecta dicimus: ea possunt paria non esse: sed emolumenta cõmunia esse dicunt: recte autem facta & peccata nõ habent cõmunia. Amicitiã autem adhibendã esse censent: quia sit ex eo genere quę prosunt q̃q̃ autem in amicitiã alii dicãt æque carã esse sapienti rationẽ amici: ac suam: alii autẽ sibi cuiq; cariorem suã: tñ id quoq; posteriores fatent alienũ esse a iusticia: ad quã nati esse uideamur trahere quid de aliquo quod sibi assumat. Minime uero probat huic disciplinæ de qua loquor aut amicitiam aut iusticiã ꝓpter utilitates asciſci aut ꝓbari. Eædem enim uoluptates poterunt eas labefẽctare atq; peruetere: & enim nec iusticia nec amicitia esse omnino poterunt nisi ipsa perse expetant. Ius autem quod ita dici appellarique possit: id esse naturã: alienumque esse a sapiẽte non modo iniuriam cui facere: uerumetiam nocere. nec uero rectum est cum amicis aut bene meritis consociare aut coniungere iniuriam grauissime que & ueríssime defenditur nunq̃ æquitatẽ ab utilitate posse se iungere. etiã quicquid æquum iustũq; esset id etiam honestũ uicissimq; quicquid esset honestum id iustum etiam atq; æquum fore. Ad eas uirtutes de quibus disputatũ est dialecticam etiam adiungunt & physicam: easq; ambas uirtutum nomine appellant. Alteram quod habeat rationẽ ne cui falso assentiamur: ne ue unq̃ captiosa probabilitate fallamur. Eaq; de bonis & malis diceremus ut tene

re tueriq; possumus. Nam sine hac arte quãuis arbitramur a uero abduci fallíq; posse. recte igitur si omnibus ĩ rebus temeritas ignoratioq; uitiosa est: ab his ea quæ tollit hæc uirtus nominata est. Physice quoq; non sine causa tributus idem est honos: propterea q; qui conuenienter naturæ uicturus sit: ei etiam proficiscẽdum est ab oi mundo: & ab eius procuratione: nec uero potest quisq; & de bonis & malis uere iudicare: nisi omni cognita ratione naturæ & uitę: etiam deorum. & utrum conueniat nec ne natura hominis cum uniuersa: queq; sunt uetera præcepta sapientium: qui iubent tempori parere: & sequi deum: & se noscere & nihil nimis. Hæc sine physicis quam uim habeant: & habent maximã: uidere nemo potest. Atq; etiam ad iusticiã colendam, ad tuẽdas amicitias & reliquas caritates quid natura ualeat: hæc una cognitio potest tradere. nec uero pietas ad uersus deos: nec quanta his gratia debeat sine explicatione naturæ intelligi potest. Sed iam sentio me esse longius prouectũ quam proposita ratio postularet: Verę admirabilis compositio disciplinæ increḍibilisq; reę traxit ordo. Quæ per deos ĩmortales non ne miraris? Quid enim aut in natura qua nihil est aptius: nihil descriptius: aut in operibus manufactis tam compositum tamq; cõpactum & coagmẽtatum inueniri potest? Quid posterius priori nõ conuenit? quid sequitur quod nõ respondeat superiori? quid non sic aliud ex alio nectitur: ut non si ullam litterã moueris labent omnia? nec tamen quicquam est quod moueri possit: quam grauis uero: quã magnifica: quam constans cõficitur persona sapientis. qui cum ratio docuerit quod honestum esset: id esse solum bonum: semper sit necesse est beatus: uereque omnia ista nomina possideat: quæ irrideri ab imperitis solent. Rectius enim appellabitur rex quam Tarquinius: qui nec se nec suos regere potuit: Rectius magister populi. Is enim est dictator: q̃ Sylla: qui trium pestiferorum uitiorũ luxurie: auaritiæ: crudelitatis magister fuit: rectius diues quã Crassus: qui nisi eguisset nunquã eufratem nulla belli causa transire uoluisset: recte eius omnia dicentur qui scit uti solus omnibus. recte etiam pulcher appellabitur: Animi enim liniamenta sunt pulchriora q̃ corporis: recte solus liber nec dominationi cuiusquã parens neq; obediens cupiditati. recte inuictus cuius etiam si corpus constringatur: animo tamen uincula iniici nulla possint: nec expectet ullum tempus ætatis ut tum deniq; iudicetur beatus ne fuerit: quum extremũ uitæ diem morte confecerit. quod ille unus e septem sapientibus non sapienter Croesum monuit: nam si beatus unquam fuisset: beatam uitam usq; ad illum a Cyrro extructum rogum protulisset. q; si ita est: ut neque quisquã nisi bonus uir: & omnes boni beati sint quid philosophia magis colendum? aut quid est uirtute diuinus?

Explicit liber tertius.

Incipit Liber quartus

VAE quũ dixisset finem ille.ego autem nę tu inquã Cato ista posuisti tam multa memoriter:tam obscura dilucide. Itaq; aut ommittamus contra omnio uelle aliquid aut spa cium sumamus ad cogitandum tam .n. diligenter etsi mi nus uere:nã nondum id quidem audeo dicere:sed tamẽ ac curate nõ mõ fundatã:uerum etiam extructam disciplinã non est facile perdiscere. Te ne ullam tãdẽ inquit? Quum ego te hac noua lege uidẽã eodem die accusatori respondere:et tribus horis perorare. in hac me causa tempus dilaturum putas? quę tamen a te agetur non melior quam illę sunt quas iterdum obtines. Quare istam quoq; aggredere tractatam prętertim et ab aliis et a te ipso sępe ut tibi deesse non possit oratio:tum ego non me hercule solere temere contra stoicos non quo illis admodum assentiar:sed pudorẽ impedior Ita multa dicunt quę uix intelligam.obscura iquit quedam esse confiteor:nec tamẽ ab illis ita dicuntur de industria:sed inest in rebus ipsis obscuritas. Quum igitur eas dem res inquam peripateticis dicentibꝰ uerbum nullum est quod non intelligantur Easdem ne re inquit? an parum disseruí:nõ uerbis stoicos a pipateticis:sed uniuersa re etiam tota sententia dissentire? Atqui inqt Cato:si istud obtinueris traducas me ad te totum licebit.Putabam equidem satis inquit me dixisse. Quare ad ea primũ si ui detur.sin aliud quid uoles posta.Immo istud quidem inquam quo loco.nisi iniquũ postulo:responde arbitratu meo. Vt placet iquit. Et si illud erat aptius ęquũ cuique concedere.Existimo iquam Cato ueteres illos Platonis auditores Speusippum.Ari stotelem:Xenocratem:deinde eorum.Polemonem: Theophrastũ satis & copiose & eleganter habuisse constitutam disciplinam:ut non esse causa Zenoni cũ Polemn nem audisset cur & ab eo ipso & a superioribus dissideret? quorũ fuit hæc institutio In qua animaduertas uelim quid putes mutandũ.Nec expectes dũ ad omnia dicã quæ autem dicta sunt. Vniuersa enim illorum ratione cum tota uestra confligendũ puto.Qui quũ uiderunt nos ita esse natos:ut & cõmuniter ad eas uirtutes apti esse mus:quæ notę illustres q; sunt.Iustitiam dico.temperantiam.cæteraſq; generis eius Quę omnes similes artium reliquarum materia tantum ad meliorẽ partẽ & tracta tione differunt:easq; ipsas uirtutes uiderunt nos magnificentius appetere ut ardenti bus.habere etiam insitam quandam uel potius innatam cupiditatẽ scientię. natos que esse ad congregationem hominum & ad societatem communitatẽque generis humani.ea que in maximis ingeniis:maxime illucere totam philosophiã tres in par tes diuiserunt quam partitionem a zenone retentam esse uidemus. quarũ quũ una sit qua mares confirmari putãtur:differo eã partẽ quæ quasi stirps est huiꝰ questio nis Qui sit enim finis bonorum mox:hoc lodũ tantũ dico a ueteribus peripateticis academicisque qui in re cõsẽtientes uocabulis differebant:cum locum quem ciuilẽ recte appellamus:græce politicon grauiter & copiose esse tractatũ. quãmulta illi de re.pu.scripserũt:quãmulta de legibus quãmulta nõ solũ precepta in artibus:sed etiã exẽpla in orationibus bene dicendi relinquerũt.Primũ.n.ipsa illaque subtiliter disse renda erant polite apteq; dixerunt cũ diffinientes:tum partientes ut uestri etiam sed

uos squallidius. eorum uides q̃ niteat oratio? deinde ea que requirebant orationẽ orna tam & grauem q̃ magnifice sunt dicta ab illis q̃ splendide? de iustitia de fortitudine: de amicitia: de ætate degenda: de philosophia: de capessenda re. pu. de temperẽtia: de fortitudine hominũ: de spinis uellentiũ ut stoici nec ossa nudãtiũ: sed eorũ quigrãdia ornate uellẽt: enucleate minora dicere. Itaq; quæ sũt eoꝝ cõsolatiões? quę cohortatio nes? quę ẽt monita & cõsilia scripta ad sũmos uiros? erat. n. apud eos: ut ẽ reꝝ ipsaꝝ na tura sic dicẽdi exercitatio duplex: nã quicquid quęritur id hẽt aut generis ipsi9 sine p sonis temporibusq; aut iis adiũctis facti aut iuris: aut nois cõtrouersiã. Ergo i utroq; exercebãtur. eaq; disciplina efficit tantã illorũ utroq; i genere dicẽdi copiã: totũ gen9 hoc & Zeno & ab eo qui sũt: aut nõ potuerũt: aut uoluerũt: certe reliquerunt. q̃q̃ scri psit artẽ rhetoricã Cleanthes: Chrysipus etiã: sed sic ut si quis obmutescere cõcupiet nil aliud legere debeat. Itaq; uides quomodo loquãtur: noua uerba fingũt: deserunt usitata. at q̃ta conãt? : mũdũ hũc omnẽ oppidũ esse nostrꝝ. Incẽdit igit? eos qui audiũt uides quãtã rẽ agas ut Cereris qui habitet totũ huc mundũ suũ Municipiũ esse ex stimet. quid ille incendat? Restinguet citius si ardentẽ acceperit. Ista ipsa que tu bre uiter regẽ: dictatorẽ: diuitẽ: solũ esse sapiẽtem: a te quidẽ apte ac rotũde. quippe ha bes. n. a rhetoribus illorũ uero ista ipa q̃ exilia de uirtutis ui quã tamẽ uolunt esse ut beatũ per se efficere possit: Pungũt quasi aculeis: interrogatiũculis ãgustis: quib9 etí am q̃ assẽtiũtur nisi cõmutãtur animo & iidẽ abeũt q̃ uenerant: res. n. fortasse ueræ certe graues non ita tractantur: ut debent. sed aliquanto minutius: Sequit? dissẽrẽdi ratio cognitioq; naturę nam de summo bono mox: ut dixi: uidebimus: & ad id expli cãdum disputationẽ omnem cõferemus? In iis igitur partibus duabus nihil erat qd? zeno cõmutare gestiret. res. n. preclare se habẽt. & quidem i utraq; parte. Quid. n. ab ãtiquis ex eo genere qd? ad dissẽrẽdum ualet: prætermissũ est? Qui & definierũt plurima & diffiniendi artes reliquærũt? Quodq; ẽ definitioni adiunctũ ut tres i ptes diuidat? id & fit ab illis & quẽadmodum fieri oporteat traditur. Item de contrariis a quibus ad genera formasq; generũ deuenerũt iam argumẽti ratione cõclusi caput esse faciũt: eaq; perspicua dicũt: deinde ordinem sequũtur. Tum quid uerũ sit in sin gulis extrema cõclusio. Quãta autem ab illis uarietas argumẽtorũ ratione cõcludẽ tium: eorũq; cum captiosis interrogationibus dissimilitudo? Quid q; pluribus locis quasi denuntiant: ut neq; sensuũ fidẽ sine ratione: nec rationes sine sẽsib9 exquiram9 atq; ut eorũ alterꝝ ab altero separemus? Quid ea quę dialectici nunc tradũt & docẽt nõ ne ab illis istituta sũt? iuẽta sũt De quibus & si a Chrysippo maximę est elabo ratum tamẽ a zenone minus multo q̃ ab antiquis: ab hoc autẽ quędã non melius q̃ ueteres: quædã omnino relicta: quũq; duæ sint artes qbus perfecte ratio & oratio compleat? : una iueniẽdi: altera dissẽrẽdi: Hanc posteriorẽ & stoici & peripatetici: priorẽ autẽ illi egregie tradiderũt: stoici oĩo ne attigerũt quidem: nam e quibus locis quasi thesauris argumẽta depromerẽtur uestri ne suspicati quidẽ sũt superiores au tẽ artificio & uia tradiderũt: Quæ qdẽ res efficit ne necesse sit iisdẽ de reb9 semp q̃si dictata decãtare: neq; a comẽtariolis suis discedere. Nã qui sciet ubi quicq; positum quaq; eo ueniat: Is etiam si qd obrutum erit poterit eruere: semperq; cẽ in disputãdo suus? Quod et si ingeniis magnis prædíti quidam dicendi copiam sine ratione con sequuntur: Ars tamen est dux certior quã natura? Aliud est. n. poetarum more uerba

fundere.aliud ea que dicas ratione & arte diſtiguere.ſimilia dici poſſũt de explicatio ne naturæ qua hi utuntur & ueſtri? Neqꝫ uero ob duas modo cauſas ꝙ Epicuro uidetur ut pellatur mortis & religionis metus:ſed etiam modeſtiã quãdam cognitio rerum cęleſtium affert iis:qui uideant quanta ſit etiã apud deos moderatio:quantus ordo & magnitudinem animi deorũ opera & facta cernẽtibus iuſticiam etiam: quũ cognitum habeas qđ ſit ſummi rectoris & domini numen:quod conſiliũ:quæ uolũ tas cuius ad naturam apta ratio:uera illa & ſumma lex a philoſophis datur. ineſt in eadem explicatione naturæ infatiabilis quedam ex cognoſcẽdis rebus uoluptas. In qua una confectis rebus neceſſariis uacui negociis honeſtæ ac liberaliter poſſimus uiuere.Ergo i hac ratione tota de maximis fere rebus ſtoici illos ſequuti ſũt:ut deos eſſe & quattuor ex rebus omnia conſtare dicerent. Quum autem quæreretur res ad modum difficilis.Nũ quinta quędam natura uideretur eſſe ex qua ratio & intelligẽ tia oriretur in quo etiam de animis cuius generis eſſent quæreret Zeno id dixit eſſe ignem nonnulla deinde aliter ſed ea pauca.De maxima autem re eodem modo diui na mente atqꝫ natura mundum uniuerſum atqꝫ eius maximas partes ad miniſtrari materiam uero rerum & apud eos copiam exilem apud illos uberrimã reperiemus Quãmulta ab hiſ conquiſita & collecta ſũt de omnium animãtium genere:ortu:mẽ bris ętatibꝰ Quã multa de rebꝰ his quæ gignũt e terra:quã multe quã que de rebꝰ uariis et cauſæ cur quicquã fiat et demonſtrationes quemadmodum quęqꝫ fiãt.qua ex omni copia plurima & certiſſima argumenta ſequunt ad cuiuſqꝫ rei naturam ex plicandam. Ergo adhuc quantum equidem intelligo cauſa non uidetur fuiſſe mu tandi nominis.non. n. ſi omnia non ſequebatur id circo nõ erat ortus illic: Equidem etiam Epicur eorum in phyſicis quidem Democritum puto pauca mutat uel plura ſane:At quũ e pluribus eadem dicit:tum certe de maximis.Quod item quũ ueſtri faciant non ſatis magnam tribuunt inuentoribus gratiã. Sed hæc actenus. Nunc uideamus quæſo de ſũmo bono:Quod continet philoſophiam qđ tandem attulerit quamobrem ab inuentoribus tamquam a parentibus diſſentiret? Hoc igitur loco quamquam a te Cato diligenter ẽ explicatus finiſ hic bonorũ qui continet pbiam:& qui a Stoicis & quemadmodum diceretur:tamen ego quoqꝫ exponam ut perſpicia mus ſi potuerimus quid nam a zenone nouũ ſit allatum.Quum.n.ſuperiores equi bus pleniſſime Polemo ſecundum naturam uiuere ſummum bonum eẽ dixiſſet:his uerbis ſignificari ſtoici tria dicant:unũ eiusmodi uiuere adhibentem ſcientiam earũ rerum:quæ natura euenirent:hunc ipſum zenonis aiunt finem eſſe declarantem il lud quod a te dictum eſt conuenienter naturæ uiuere.Alterum ſignificare idem :ut dicere officia omnia media aut pleraqꝫ ſeruãtem uiuere:Hoc ſic expoſitum diſſimile eſt ſuperiori: illud.n.rectum quod catorthoma dicebas contingit ſapienti ſoli: Hoc autem inchoati cuiusdam officii eſt non perfecti.quod cadere nonnullos inſipiẽtes poteſt. Tertiũ autem omnibus aut maximis rebus iis quę ſecundum naturam ſint fruentem uiuere hoc nõ ẽ poſitum in noſtra actiõe:Complectitur.n.& ex eo genere uitæ quod uirtute finitur & ex his rebus quę ſecundum naturam ſunt,nec ſunt i no ſtra poteſtate:Sed hoc ſummum bonũ quod certa ſignificatione itelligitur eaqꝫ uita quæ ex ſummo bono degitur qa coniuncta ei uirtus eſt:in ſapientem ſolum cadit Iſqꝫ finis bonorũ ut ab his ſtoicis ſcriptum uidemus a Xenocrate atqꝫ ab Ariſtotele

cõstitutus est. Itaq; ab his constitutio illa prima nostra a qua tu quoq; ordiebare his prope uerbis exponitur: Omnis natura uult esse conseruatrix sui ut & salua sit & in genere conseruetur suo: Ad hanc rẽ aiunt artes quoq; exqsitas quæ naturã adiuua rent: In quibus ea numeretur i primis quae est uiuendi ars: ut tueatur quod a natura datum sit: quod desit. acquirat. iidemq; diuiserunt naturam hominis in animũ & cor pus: quumq; eorum unum quodq; per se expetendũ esse dixissẽt uirtutes quoq; utri usq; eorum per se expetendas esse dixerunt: Quum animum quadam ifinita laude anteponerent corpori: uirtutes quoq; animi bonis corporis anteponebant. Sed quũ sapientiam totius hominis custodem procuratricem esse uellẽt quæ esset naturæ co mes & adiutrix: hoc sapientię munus esse dicebant: ut cum tueretur qui constaret ex animo & corpore: in utroq; iuuaret eum atq; cõtineret. Atq; ita re primo simpliciter collocata reliqua subtilius persequentes corporis bona facilem quandam rationem habere censebant: de animi bonis accuratius exquirebant: in primisq; reperiebant in his esse iustitię semina: primiq; ex omnibus philosophis a natura tributũ esse docue runt: ut hi q procreati essent a procreatoribus amarentur: & id quod tempoꝝ ordine antiquius est ut coniugia uirorum & uxorum natura conuicta esse dicerent: qua ex stirpe orirentur amicicię cognationum Atq; ab his initiis profecti omniũ uirtutũ et originem & progressionem secuti sunt. Ex quo magnitudo quoq; animi existebat qua facile posset repugnari obsistiq; fortũę q̃ maxime res essent i potestate sapiẽtis uarietates autem iniuriasq; fortunæ facile ueterum phlosophorũ præceptis instituta uita superabat. Principiis autem a natura datis amplitudines quædam bonorum ex citabantur: parti profectæ a contẽplatiõe reꝝ occultiorũ: qd erat insitus mẽti cogni tionis amor. ex quo etiam rationis explicandi differendiq; cupiditas cõsequebatur: q̃ que hoc solum animal natum est pudoris ac uerecundiæ particeps: appetensq; con iunctionem hominum ac societatem animaduertensq; i omnibus rebus quas ageret aut diceret: ut nequit ab eo fieret nisi honeste & decore. his initiis ut ante dixi tãquã seminibus a natura datis temperantia: modestia: iustitia: & omnis honestas perfecte ab soluta est. habes inquã Cato formã illorum eorũ de quibus loquor. philosophoꝝ qua exposita scire cupio quæ causa sit cur Zeno ab hac ãtiqua istitutione desciuerit Quid nam horũ ab eo non sit prolatum quod ne omnem naturam sui: conseruaticẽ dixerit? An quod omne animal ipm sibi cõmendatum ut se & saluum i suo genere icollumen que uellet? An quum omnium artium finis is esset: quid natura maxime quæreret idẽ statui debere de totius arte uitæ? An q̃ quum animo constaremus & corpore: & hæc ipsa: & eorũ uirtutes perse esse sumẽdas? An uero displicuit ea quæ tributa est animi uirtutib9: tanta p̃stantia? an quę de prudentia: de cognitione rerum de cognitione generis humani: queq; ab eisdem: de temperantia: de modestia: de ma gnitudine animi: de oium honestate dicũtur: fatebũtur stoici hęc omnia dicta esse p̃ clare? Neq; eam cãm zenoni discisendi fuisse? alia quędam dicent credo magna an tiquoꝝ esse peccata: quę ille ueri iuestigandi cupidus nullo mõ ferre potuerit. Quid eni puersius qd itolerabili9: qd stulti9: q̃ bonã ualitudinẽ: q̃ doloꝝ oium uacuitatẽ: q̃ itegritatẽ oculoꝝ. Reliquorũq; sensuũ nõ ponere in bonis: poti9: q̃ dicerẽt nihil oi no iter eas res: hisq; cõtrarias itere esse? Ea. n. oia quę illi bona dicerẽt p̃posita esse: nõ bona? Itẽq; illa quę i corpe excellerẽt stulte ãtiquos dixisse p̃ se eẽ expetẽda & sumẽ

da potiꝰ q̄ expetenda? Eadēq; omni uita quę i una uirtute cōsisteret? Illā uitā quæ etiā ceteris rebus quæ esset secundū naturā abundaret magis expetendā nō esse sed magis sumendā? quumque ipsa uirtus efficiat ita beatā uitā ut beatior esse nō possit tamē quędam deesse sapientibus tū quum sint beatissimi? Itaque eos id agere ut a se dolores morbos debilitates repellant? O magnam uim ingenii causamque iustā cur noua existeret disciplina. Perge porro: sequētur. n. quę tu scientissime complexus es: omnē insipientiā et iniustitiā: alia uitia similia: omiaque peccata esse paria cosque qui natura doctrinaque longe ad uirtutem processissent. nisi eam plenę cōsequuti essēt summe esse miseros. neque inter eorum uitā &. improbissimorꝝ qcq̄ oio interesse: ut Plato tantus ille uir si sapiens nō fuerit nihilo melius q̄ quis improbissimus nec beatius uixerit Hęc uidelicet est correctio philosophię ueteris & emendatio quę oio adhuc habere nullū potest in urbē: in forꝝ: in curiam. Quis. n. ferre posset ita loquentē eum q se auctorem uitæ gtauiter & sapienter agendæ profitetur nomina rerꝝ cōmutantē: Quumque idem sentiret quod omnes qbus rebus eādem ui tribueret: alia nomina imponentem? uerba modo mutātem: de opinionibus nihil detrahētem? patronus ue causæ i epilogo pro reo dicens negaret esse malū exiliū? publicationē bonorum? hæc reicienda esse: nō fugienda? nec misericordē iudicem esse oportere. In contione autem si loquoretur: si Anibal ad portas uenisset: murumq; iaculo traiecisset: negaret esse in malis capi: uenire: interfici: patriam amittere? An senatus quum triūphum Aphricano decerneret: quid de eius uirtute aut foelicitate posset dicere: si neq; uirtus in nullo nisi insapiente: nec foelicitas uere dici potest? Quæ est igit̄ ista philosophia quæ cōmuni more in foro loquitur: in libello suo praesertim quū quod illi suis uerbis significent in eo nihil mouetur de ipsis rebus nihil mutet̄ ædē res maneāt alio modo? Quid. n. interest diuitias: opes: ualitudinem bona: dicas: an ne praeposita Quum ille qui ista bona dicit nihilo plus his tribuat q̄ tu q eadē illa præposita nominas? itaque homo imprimis ingenuus & grauis dignus illa familiaritate Scipionis & Lęlii panetius quū ad. Q. Tuberonem d̄ dolore patiēdo scriberet qd̄ esse caput debebat si probari posset: nunq̄ posuit non esse malū dolorē sed quid esset & quale quātūq; in eo esset alieni deinde quæ ratio esset pferēdi: cuius quidē qm̄ stoicus fuit sententia cōdemnata mihi uidetur esse imanitas ista uerborū. Sed ut propius ad ea Cato accedam quę ad ea dicta sūt pressius agamus ea quæ mō dixisti cum his conferamus quę tuis antepono: Que sunt igitur communia nobis cum ātiquis. His sic utamur quasi cōcessis quæ i cōtrouersia ueniūt de is si placet differamus mihi uero iquit placet agi subtilius. & ut ipse dixisti: pressius. Que. n. adhuc ꝓtulisti popularia sūt ego autē a te elegātiora desidero. A me ne tu iq̄: sed tamē enitar: & si minus mihi multa occurrēt nō fugiā ista popularia: Sed primū positū est nos metipsos cōmēdatos esse nobis: primāq; ex natura hāc habere appetitionē: ut cōseruem? nosmetipos hoc cōuenit. Sequit̄ illud ut animaduertam? q sim? ipsi ut nos quales oportet ēe seruem?. Sum? igit̄ homies: ex anio cōstam? & corpe q̄ sūt cuiusdā mōi nosq; oportet ut prima petitio naturalis postulat haec diligere: cōstituereq; ex his finē illū sūmi boni atq; ultimi. quē si prima uera sint ita cōstitui necesse ē scilicet eaꝝ rerꝝ quae sūt secūdū naturā q̄ maxima & q̄ plurima adipisci. Hūc igit̄ finē illi tēuerūt qd̄ q; ego pluribꝰ uerbis illi breuius secūdū naturā uiuere. Hoc ius bonorū uideat̄ extremū. Age nūc

ísti doceāt uel tu potius: quis. n. ísta melius? quo nā mō ab iísdē príncipiis profecti ef
ficiatis ut honeste uiuere: Id est. n. uel ex uirtute: uel naturæ congruēter uiuere: sum
mum bonū sit: & quo nā modo: aut quo loco corpus subito deserueritis. oiaque ea
quę cum secundū naturā sint: abíint a nostra potestate: Ipsum deniq; officiū. Quæ
ro igitur quomodo hæ tantæ cōmendationes a natura profectæ subitō a sapiētia re
licte sint? Quod si nō hominis summū bonū quæreremus: sed cuiusdam animantis
is autē esset nihil nisi animus: liceat enī fingere aliquid eiusmodi quo uez facilius re
periamus: tamen illi animo nō esset hic noiter finis. desideraret enī ualitudinē: uacui
tatem doloris appeteret etiā conseruationē sui: earūq; rerum custodiā: finēq; sibi cō
stitueret ecundum naturam uiuere. Quod est: ut dixi: habere ea: quæ secundum na
turā sunt uel omnia: uel plurima & maxima. cuiuscūq; enī modi aial constitueris: ne
cesse est etiā si id sine corpore sit ut fugimus tamē esse in aio quædā similia eoz quæ
sint in corpore: ut nullo modo nisi ut exposui constitui possit finis bonoz. Chrysip
pus autē exponēs differentias animātiū: ait alias earū corpore excellere: alias autem
animo: non nullas ualere utraq; re. Deinde disputat quod cuiusq; generis animātis
statui deceat extremū. Quū aūt hominē in eo genere posuisset: ut ei tribueret animi
excellentiā summū bonum id constituit nō excellere animo: sed uti nihil esse præter
animū uideret constituí summū bonum. Vno autē modo in uirtute sola summum
bonū recte poneret. si qd esset animal quod totū ex mēte cōstaret: id ipsum tñ sic ut
ea mens nihil haberet in se quod esset secūdū naturam ut ualitudo est: sed id ne cogi
tari quidem potest quale sit ut non repugnet ipsum sibi Sin dic obscurari quędā nec
apparere quia ualde parua sint nos quoq; cōcedimus quod dicit Epicurus de uolup
tate: quæ minime sint uoluptates: eas obscurari sæpe & obrui. sed non sūt in eo gene
re tantæ cōmoditates corporis tāq; productæ temporibus: tāq; multæ. Itaq; i quib9
propter eaz exiguitatem obscuratio sequitur sæpe accidit: ut nihil interesse nostra ſa
teamur: sint illa nec ne sint: ut in sole quod a te dicebatur lucernā adhibere: nihil iter
est: aut teruncio addere Cræsi pecunię. Quibus autē in rebus obscuratio tāta nō sit
fieri tamen potest ut id ipsū quod interest nō sit magnum: ut ei qui iucunde uixerit
annos decē si ęque uita iucunda mēstrua addatur: qa momētum aliquod habeat ad
iucūdā accessionē bonū sit: Si aūt id non concedatur: non cōtinuo uita beata tollit
bona autē corporis huic sūt quod posterius posui similiora. habēt. n. accessionem di
gnam: in qua elaboretur ut mihi in hoc stoici iocari uideant interdū quum ita dicāt
Si ad illā uitā quę cum uirtute degatur: ampulla aut strigilis accedat: sūptuz sapien
tē eā uitam potius quo hęc adiecta sint: nec beatiorem tamen ob eam causam fore:
hoc simile tandem est non risu potius q̄ oratione eiiciendum? Ampulla enim sit nec
ne sit quis non iure optimo derideatur si laboret? At uero grauitate membrorum &
cruciatu dolorum si quis quem leuet magnam ineat gratiam: nec si ille sapiens ad
tortoris eculeum a tyranno ire cogatur similem habeat uultū ac si ampullam perdi
disset: sed ut magnam & difficile certamen iniens: cū sibi cū capitali aduersario
dolore depugnandū uideret: excitaret omnes rationes fortitudinis ac patientiæ:
quarum præsidio iniret illud difficile: ut dixi magnum que prelium. deinde non
quęremus quid obscuretur aut intereat: quia sit admodum paruum: sed quid tale
sit ut expleat summā. Vna uoluptas e multis obscurat in illa uita uoluptaria Sed ta

men ea: quãuis parua sit pars est eius uitæ quæ posita est i uoluptate. nũmus i Cræ si diuitiis obscuratur pars est tamen diuitiaꝝ. Quare obscurentur etiam hæc quæ se cundum naturam esse dicimus in uita beata sint modo partes beatę uitæ. Atqui si ut conuenire debet inter nos est quædam appetitio naturalis: ea quæ secundum natu ram sunt appetentes: eorum omnium est aliqua sũma facienda quo cõstituto: tamẽ licebit iocose ista quærere: quæ de magnitudine reꝝ: excellentia quanta in quoq; sit ad beate uiuendum: de istis ipsis obscurationibus quæ propter exiguitatem uix aut ne uix quidem appareant. Quid de quo multa dissensio est: nemo.n. est qui aliter di xerit: quin omnium naturalium simile esset id: ad quod omnia referuntur: quod est ultimum rerum appetendarum. Omnis.n. est natura diligens sui: quæ est.n. quæ se unq̃ deserat: aut partẽ aliquam sui: aut eius partis habitũ aut uim: aut ullius earũ re rum quæ secundum naturã sint aut motum aut statũ? quę autem natura suæ prime institutionis oblita est? nulla profecto: quin suam uim retineat a primo ad extremũ. Quo igitur euenit ut hominis natura sola esset quæ hominem relinqueret: quæ ob liuiscereturcorporis: quæ summum bonum non i toto homine: sed in partem homi nis poneret? Quomodo autem: quod ipsi etiam fatentur constatq; inter omnes: con seruabitur ut simile sit omnium naturale illud ultimum de quo quæritur? Tum eni esset simile si in cæteris quoque naturis id cuiq; esset ultimum: quod in quaq; excel leret. Tale enim uisum esset ultimum stoicorum? Quid dubitas igitur mutare prin cipia naturę? Quid enim dicis omne animal simulatq; sit ortum applicatum esse ad se diligendum: esseq; in se conseruando occupatum? Quin potius ita dicis omne ani mal applicatum esse ad id: qd in eo sit optimũ: & in eius unius occupatũ esse custo dia: Reliquasq; naturas nihil aliud agere nisi ut id conseruent: quod i quaq; optimũ sit? quo modo autem optimum: si bonum prẽterea nullum est? si aũt reliqua appetẽ da sunt: cur quod est ultimum rerum appetendarum id non aut ex omnium earum aut ex plurmarum & maximarum appetitione concluditur? Vt Phidias potest a principio instituere signum: idq; perficere: potest ab alio inchoatum accipere & ab soluere. huic est sapientia similis. Non enim ipsa genuit hominem sed accepit a natu ra inchoatum. Hanc igitur intuens debet institutum illud quasi fingum absoluere. Qualem igitur natura hominem inchoauit? & quod est munus: quod opus sapien tiæ? Quid est quod ab ea & absolui & perfici debeat. Si nihil in eo quod perficiendũ est: prẽter motum ingenii quẽdã. i. rationem: Necesse est hoc ultimum eẽ ex uirtu te uitam fingere rationis enim perfectio est uirtus: Si nihil nisi corpus: summa erũt illa ualitudo: uacuitas doloris: & pulchritudo & cętera. Nunc de hominis sũmo bo no quęritur. quid ergo dubitamus i tota eius natura quærere quid sit effectũ? Quũ enim cõstet inter omnes omne officium munusq; sapientiæ in hominis cultu esse oc cupatum: Alii: ne me existimes contra stoicos solum dicere: eas sententias afferant: ut summum bonum in eo genere ponãt: quod sit extra nostram potestatem: tãquã de animali aliquo loquatur: Alii quasi contra nullum sit corpus hominis: Ita praeter animum nihil curant. quum praesertim quoq; animus nominare nescio quid sit. ne q; enim id possum intelligere: sed in quodam genere corporis ut ne is quidem uirtu te una contentus sit: sed appetat uacuitatem doloris. Quãobrem utriq; idem faciunt ut si leuam partem negligerent: dexteram tuerentur aut ipsius animi: ut fecit.

Herillus cognitionem amplexarentur:actionem relinquerunt.Eorũ.n. omniũ multa ꝑtermittentiũ dum eligãt aliqd qd̃ sequant̃:quasi curta sententia.Atq; uero illa pfecta atq; plena eorũ:qui quũ de hominis sũmo bono quærerẽt:nullã i eo neq; aĩ neq; corpis ꝑtẽ uacua tutela reliquerunt. Vos autẽ Cato qa uirtus ut oẽs fatemur altissimum locũ in homine & maxie excellẽtẽ tenet:& qd̃ eos qui sapientes sũt absolutos & pfectos putam⁹:aciẽ animorũ nostrorũ uirtutis splendore pstringitis. In oĩ.n. animãte ẽ sũmũ aliqd atq; optimũ ut in eqs:in canib⁹:quibus tñ & dolore uacare op⁹ est & ualere. Sic igit̃ in homine pfectio ista in eo potissimum qd̃ est optimũ: idẽ in uirtute laudat̃ Itaq; mihi nõ satis uidemini cõsiderare qd interſit naturæ quæq; progressio:Nõ. n.hoc qd̃ facit i frugibus ut quum ad spicã pduxerit ab herba reliquat & ꝑ nihilo habeat herbã:idem fecit in homine quũ eum ad rationis habitũ pduxerit:Semp.n.ita assumit aliqd:ut ea quæ prima dederit nõ deserat.Itaq; sensib⁹ rõnẽ adiunxit:& ratione effecta sensus nõ relinquit. ut si cultura uitium cuius hoc mun⁹ est ut efficiat ut uitis cum ꝑtibus suis oĩbus quã optime se habeat: Sed sic intelligamus:licet.n.ut uos quoq; soletis:fingere aliqd docendi cã:si igit̃ illa cultura uitiũ in uite insit:ipsa cætera credo uelit q̃ ad colendã uitẽ attinebunt sicut añ ea:sese autẽ oĩbus uitiis ꝑtibus ꝓferat:statuatq; nihil esse melius in uite q̃ se:similiter sensus quum accessit ad naturã tuet̃ illã qdem:sed etiã tuet̃ se.Quũ autem assumpta rario ẽ. tanto in dominatu locat̃:ut oĩa illa prima naturæ huius tutelæ subiiciant̃. Itaq; non discedit ab eorũ curatiõe quibus ꝓposita uitã omnẽ debet gubernare.Et mirari satis eorum icostãtiã nõ possumus naturalem.n.appetitionem quã uocãt hormen:Itemq; officium ipm̃ ẽt uirtutem tuentem esse uolunt earũ rerũ quæ secundum naturã sunt Quum aũt ad summũ bonum uolunt ꝑuenire transiliunt oĩa & duo nobis opa pro uno reliquunt ut alia sumamus:alia appetamus potius q̃ uno fine oĩa cõcludãt. At .n.uerã dicitis uirtutem nõ posse constitui:si ea quæ extra uirtutem sunt ad beate uiuendum ptineãt:Quod totum contra est.introduci enĩ uirtus nullo mõ põt nisi oĩa quæ :leget quæq; reficiet unã referant̃ ad summã:nã si omnino nos negligimus:in aristonea uitia & peccata incidemus:obliuiscemurq; quæ uirtuti ipsi principia dederimus.sin ea nõ negligimus neq; tam̃ ad finem summi boni referemus: nõ multum ab Herilli leuitate aberrabimus.duarũ.n.uitarũ nobis erunt instituta capienda. facit .n. ille seiuncta duo ultima bonorũ:quæ essẽt uera cõiungi debuerunt. Nunc ista sepant̃ ut disiuncta sint quo nihil põt esse puersius Itaq; cõtra est ac dicitis nã cõstitui uirtus nullo mõ põt:nisi ea quæ sint prima naturæ ut ad summum ptinentia tenebit quæsita.n.uirtus est nõ quæ relinqueret naturã:sed quę tueret̃. At illa:ut uobis placet partem quandã tuet̃:relinquam deserit.Atq; ipsa institutio hominis si loqueret̃ hæc diceret: primos suos quasi cœptus appetendi fuisse. ut se cõseruaret in ea natura:i qua ortus esset.nõdũ autem explanatum satis erat qd̃ maxime natura uellet: explanet̃ igit̃ Quid.n. aliud intelligit̃:nisi ut æque pars naturæ negligat̃ in qua si nihil est ꝑter rationem:sit in una uirtute finis bonorũ:sin est etiã corpus:ista explanatio naturæ nempe hoc effecerit:ut ea quæ ante explicationem tenebamus: relinquamus.ergo id est cõuenienter naturæ uiuere:a natura discedere:ut quidã philosophi quũ a sensibus ꝑfecti maiora quædã ac diuiniora uidisset sensus reliquerunt. sic isti quum appetitione rerum uirtutis pulchritudinem aspexissent:omnia quæ propter

uirtutẽ ipsã uiderant:abiecerunt:oblíti naturã omnẽ appetendarꝝ rerꝝ ita late patere ut a principiis ꝓmanaret ad fines:nec intelligũt se rerꝝ illarꝝ pulchrarꝝ atq; admirabilium fundamẽta subducere. Itaq; mihi uidentꝰ oẽs quidem errasse qui finẽ bonorꝝ eẽ dixerunt honeste uiuere. sed alius alio magis: Pyrrho scilicet maxime qui uirtute cõstituta nihil oĩo qđ appetendũ sit relinquat: Deinde Aristo qui nihil relinquere nõ est ausus introduxit aũt qbus cõmotus sapiens appeteret aliquid:qđ cuiq; in mẽtem incideret. & quodcũq; tanq̃ occurreret. Is hoc melior q̃ Pyrrho. Qui uel aliqđ genus appetendi dedit deterior q̃ cæteri:q; penitus a natura recessit. stoici autẽ q; finem bonorꝝ in una uirtute ponũt similes sũt illorꝝ. quod aũt principiũ officii quærũt melius q̃ Pyrrho :qđ ea nõ occurrentia fingũt; uincunt Aristonem:qđ aũt ea quæ ad naturã accõmodata & per se assumenda esse dicunt: non adiungũt ad finẽ bonorum desciscũt a natura & quodãmodo sunt non dissimiles Aristonis. ille. n. occurrentia neꝰcio quæ cõmiscebatꝰ. hi aũt ponunt illa quidem prima naturę: sed ea seiungũt a finibus & a summa bonorꝝ. quæ quũ proponũt ut sit aliqua rerꝝ selectio: naturam uidentꝰ sequi. quum aũt negant ea quicq̃ ad beatã uitam ptinere: rursus naturã relinquunt. Atq; adhuc ea dixi cã cur Zenoni non fuisset q̃ obrẽ a ꝯpiorꝝ auctoritate discederet. Nunc reliqua uideamus nisi aut ad hæc Cato dicere aliquid uis: aut nos iã longiores sumus. neutrꝝ uero inquit ille: nã & a te perfici istam disputationem uolo nec mihi tua oratio longa uideri potest. optime inq̃. quid. n. mihi potest esse optatius q̃ cum Catone omnium uirtutum auctore de uirtutibus disputare. Sed primum illud uide grauissimam illã uestrã sententiam: quæ familiã ducit: honestum quod sit id esse solũ bonum: honesteq; uiuere bonorꝝ finem cõmunem fore uobis cum omnibus qui in una uirtute cõstituunt finẽ bonorꝝ: quodq; dicitis informari nõ posse uirtutem si qcq̃ nisi qđ honestũ sit numeretꝰ: Idem diceꝰ ab illis quos modo nominaui mihi aũt æquius uidebatꝰ Zenonẽ cũ Polemone disceptantem: a quo quæ essẽt principia naturæ accepat a cõmunibus initiis ꝓgredientẽ uidere: ubi primũ insisteret: & unde cã cõtrouersiæ nasceretꝰ: non stantem cum is qui ne dicerent qdem sua sũma bona esse a natura ꝓfecta: ut iisdem argumentis qbus illi uterentꝰ: iisdẽq; sententiis. miníme uero illud probo: qđ quum docuisti: ut uobis uidemini: solum bonũ eẽ qđ honestũ sit: tũ rursũ dicitis initia ꝓponi necesse eẽ apta & accõmodata naturæ quorum ex electione uirtus possit existere. Non. n. in selectione uirtus ponenda erat: ut id ipsum quod erat bonorum ultimum aliud aliquid acquireret. nam omnia quæ sumenda quæq; legẽda: aut optanda sunt: inesse debẽt in sũma bonorꝝ: ut is qui cã adeptus sit: nihil ꝑterea desideret. uidesne ut qbus sũma eẽ in uoluptate ꝑspicuũ sit qd iis faciendũ sit: aut nõ faciendũ: ut nemo dubitet eorꝝ oia officia quo spectare: quid seq; quid fugere debeãt: Sit hoc ultimũ bonorꝝ qđ nũc a me defenditꝰ apparet stati quę sint officia: quæ actiones uobis: aũt qbus nihil est aliud ꝓpositũ nisi rectum atq; honestum. Vñ officii: unde agendi principiũ nascatꝰ nõ reperietis. Hoc igitur quæritis oẽs & hi qui quodcunq; in mentẽ ueniat: aut quodqũq; occurrat se sequi dicẽt. sed uos ad naturã reuertimini: quibus natura iure responderit non esse uerꝝ aliunde finẽ beatæ uiuendi a se principia rei gerendæ peti esse. n. unam rationẽ qua & principia rerum agendarꝝ: & ultima bonorꝝ cõtinerentꝰ. atq; ut Aristonis esset explosa sententia dicẽtis nihil differre aliud ab alio: nec eẽ res ullas ꝑter uirtutes & uitia iter quas q̃

q̄ oīno intereſſet: ſic errare zenonē: quí nulla in re níſi in uírtute aut uítío propē ſionē ne mínímí qdem momentí ad ſummū bonū adípíſcēdū eſſe díceret. & quū ad beatā uítā nullū momentū ea res haberet. ad appetítionē aūt reꝫ eſſe in hís momenta díce ret. quaſi uero hæc appetítío nō ad ſummí boní adeptionē ptíneret. Quíd aūt mínꝰ conſentaneū ē q̄ qd̄ aíūt cognito ſūmo bono reuertí ſe ad naturā. ut ab ea petāt agē dí príncípíū. í. officíí non. n. actionís aut officíí rō ímpellít ad ea quæ ſecundū natu ram ſunt appetenda: ſed ab híſ & appetítío & actío cōmouetur. nūc uenío ad ílla tua breuía quæ cōfectaría eſſe dícebas & primū íllud quo nihíl pōt eē breuíus: bonū oē laudabíle. Laudabíle aūt omne honeſtū. Igít omne bonū honeſtū. O plumbeum pugionem. quís enī tíbí íllud primū cōceſſerít: quo quídē cōceſſo nihíl opuſ eſt ſecū do: Sí. n. omne bonū laudabíle ē: oē laudabíle honeſtum eſt. Quís tíbí ergo íſtud da bít p̄ter Pyrrhonē: Arístonem: eorūue ſímíles: quos tu nō probas. Arístoteles uero Xenocrates tota ílla famílía nō dabít. quíppe quí ualítudínē: uíres díuítías: gloríam: multa alía bona eſſe dícūt: laudabílía non dícūt. & hí quídē íta nō ſola uírtute fínem bonoꝝ contíneří putant: ut rebus tamen oíbus uírtutem anteponāt. Quíd cēſes eoſ eſſe facturos quí oío uírtutem a bonoꝝ fíne ſegregauerunt: Epícurū: Híeronymum íllos etíam ſequí Carnea deū fínē tueri uolūt: ía aut Calípho aut Díodorus quomo do poterūt tíbí íllud cōcedere: quí ad honeſtatem alíud adíungāt: qd̄ ex eodem gene re non ſít: placet ígít tíbí Cato quum res ſumpſerís nō conceſſas ex íllís efficere qd̄ uelís. Iam ílle Sorites: quo nihíl putatís eſſe uítioſus: quod bonum ſít: íd eſſe potabí le: qd̄ optabíle íd eſſe expetendum: Quod expetendum laudabíle. deínde reliquí gra dus: ſed ego in hoc reſiſto. eodem. n. mō tíbí nemo dabít quod expetendum ſít: íd eē laudabíle. Illud uero mínímе conſentaneū: ſed ín prímís habes íllorum ſcílícet nomí num gloríatíone dígnam eſſe beatā uítam: quæ non poſſit ſíne honeſtate contínge re: ut íure quiſq̄ glorietur. dabít hoc zenoní Polæmon etíā magíſter eíus & tota ílla gens: & relíquí quí uírtutē omnibus rebus multo anteponentes: adíungūt eí tamē alíquíd ſummo ín bono fíníendo. Sí. n. uírtus dígna eſt gloríatíone ut ē: tantūq̄ prę ſtat cæterís rebus ut dící uíx poſſít: & beatus eſſe poterít uírtute una prædítus carēſ cæterís: nec tamen íllud tíbí concedet: præter uírtutem níhíl ín bonís eſſe ducendū íllí autem quíbus ſummum bonum ſíne uírtute eſt non dabunt fortaſſe uítam bea tam habere ín quo íure poſſít gloríarí. & ſí íllí quídem etíam uoluptates faciūt ínter dum glorioſas. uídes ígítur te aut ea aſſumere quæ non concedant: aut ea quæ etíā conceſſa te nihíl adíuuent: equídem ín omnibus íſtís concluſionibus hoc pntarem phyloſophía nobíſq̄ dígnum: & maxíme quum ſummū bonum quæreremus: uítā noſtram: conſílía uoluptates: non uerba corrígí. quís enī poteſt íſtís quæ tu aís bre uíbus detectarí: & acutís auditís de ſentētía díſcedere: Nam quum ea ſpectant & ha bent audíre cur dolor malum non ſít. dícunt íllí aſperum eſſe dolorem: moleſtū: odío ſum: contra naturam: difficílem toleratu: ſed quía nulla ſít ín dolore neq̄ fraus: nec ímprobítas nec malítía: nec culpa: nec turpítudo: non eſſe íllud malū. Hæc quí au dierít ut rídere non curet: díſcedet tamen níhílo fírmíor ad dolorem ferendum: q̄ ue nerat. tu autem negas fortem eſſe quēq̄ poſſe: quí dolorem malum putat: cur forti or ſít: ſí íllud quod tute concedís aſperum & uíx ferendum putabít: Ex rebus enī tí mídítas nō ex uocabulíſ naſcít & aís ſí una lr̄a cōmota ſít fore tota ut labet díſcíplína

Vtrum igitur tibi literam uideor: an totas paginas commouere? ut. n. sit apud illos id quod est a te laudatum: ordo rerum conseruatus: & omnia inter se apta & conexa: sic ; n. aiebas: tamen persequi non debemus si a falsis principiis profecta cõgruent ipsa sibi & a proposito non aberrant. In prima igitur cõstitutione Zenotuus a natura re cessit, quumq; summuũ bonum posuisset in ingnii prestantia: quam uirtutem uoca mus: nec quicq̃ aliud bonum esse dixisset: nisi quod esset honestũ: nec uirtute posse constare si i cæteris rebus esset quicq̃: quo aliud alio melius esset: aut peius. his pro positis tenuit prorsus consequentia: recte dicis. negare. n. non possum. sed ita falsa sũt ea quæ consequũtur, ut illa e qbus hæc nata sunt uera esse nõ possint. docent enĩ nos ut scis: dialectici si ea quæ rẽ aliquam consequantur falsa sint: falsam illam ipsam eẽ quã sequantur. Ita fit illa cõclusio nõ solũ uera: sed ita perspicua: ut dialectici ne ratio nem quidẽ reddi putent opotere: si illud hoc non aũt hoc: igitur ne illud quidem. sic consequentibus uestris sublatis: prima tollantur: quæ sequũtur Igitur omnes q non sunt sapiẽtes æque miseros eẽ. Sapientes omnes summe beatos eẽ: Recte facta oia æqualia: omnia peccata paria: quæ quũ magnifice: primo dici uiderẽtur cõsiderata minus probãtur. Sensus. n. cuiusq; & natura rerꝝ atq; ipsa ueritas clamabat quodã modo non posse adduci ut inter eas res quas zeno exæquaret nihil ĩteresset. Postea tuus ille Penulus. Scis. n, citius quã hũc a philosophia clientes tuos a poetica profe ctos, homo igitur acutus causam nõ obtinens: repugnante natura: uerba uersare cœ pit. & primũ rebus is quas nos bonas ducimus cõcessit: ut haberentur aptæ habiles & ad naturam accomodatæ: fateriq; cœpit sapienti hoc est sũme beato commodius tñ esse si ea quoq; habeat: quæ bona non audet appellare: natura ipsa acommodata eẽ concedit: negatq; Platonẽ si sapiens nõ sit eadem esse in causa: qua tyranũ Dionysium: huic mori optimum esse propeter desperationem sapiẽtiæ: illi propter spem ui uere: peccata autem partim esse tolerabilia: partim nullo modo propterea quod alia peccata plures: alia pauciores quasi numeros efficii præterirẽt, Iam ĩsipientes alio ita esse ut nullo modo ad sapientiam possent puenire. alios q possent si id gesissẽt sapiẽti am consequi. hic loquebatur aliter atq; oẽs sentiebat idẽ quod ceteri. Nec uero mino ris æstmanda ducebat ea quæ ipsa bona negaret esse: quam illi qui ea bona esse dice bant, Quid igitur uoluit sibi: qui illa mutauerit? saltẽ aliq de pondre detraxisset: & paulo minoris æstimauisset ea q̃ pipatetici ut sentire quoq; aliud nõ solum dicere ui detur Quid deipa beata uita? ad quã omnia referuntur quæ dicitis· Negatis eam eẽ quæ expleta sit omnibus his rebus quas natura desideret: totãq; eã ĩ una uirtute po nitis quũq; omnis cõtrouersia aut de re soleat: aut de nomine eẽ: utraq; earꝝ nascitur sit aut res ignoratꝰ aut erratꝰ ĩ nomie: quorũ si neutrum ẽ: opa danda ẽ ut uerbis uta mur quamusitatissimis: & q̃maxime aptis, i, rẽ declarantibus. Nũ igitur dubium ẽ quin si in re ipsa nihil peccatur a superioribus: uerbis illi comodius utruntur. Videa mus igitur sententias eorum: tũ ad uerba redeamus. Dicunt appetionem animi mo ueri quũ aliquid ei secundum naturam eẽ uideatur: omniaq; quę secundum naturã sint æstimatione aliqua digna eaq; ꝓ eo q̃tum in quaq; sit ponderis esse æstimanda Queq; secundum naturam sint partim nihil habere ĩ se se eius appetitionis: de qua sepæ iã dixim9: quæ neq; honesta: nec laudabilia dicantꝰ: pti quæ uoluptatẽ habeãt in oi animante: sed ĩ homine rationẽ etiã: ex his que sint apta, ea honsta: ea pulchra

ea laudabilia. Illa aũt ſupiora naturalia nominant᷑ quæ cõiuncta cũ honeſtis uitam beatã ꝓficiunt: & abſoluũt oium aũt eoꝝ cõmodoꝝ quib⁹ nõ illi plus tribuũt: qui illa bona eẽ dicũt: q̃ Zeno qui negat longe ꝑſtantiſſimũ eẽ qd honẽſtũ eſſet atq; laudabile: Sed ſi duo honeſta ꝓpoſita ſint: alterꝝ cũ ualitudine: alterꝝ cũ morbo: non eſſe dubium ad utrꝝ eoꝝ natura nos ipſa deductura ſit: Sed tñ tantã uim honeſtatis eſſe tantũq; eã reb⁹ omnibus ꝑſtare & excellere: ut nullis nec ſuppliciis: nec ꝑmiis demoueri poſſit ex eo qd rectũ eſſe decreuerit: oiaq; quæ dura: difficilia aduerſa uideant᷑: ea uirtutibus iis: quibus a natura eſſemus ornati optari poſſe: nõ faciles illas quidẽ nec cõtemnẽdas. Quid. n. eſſet in uirtute tm̃ ſed ut hoc iudicaremus nõ eſſe in his ꝑtem maximã poſitã beate aut ſecus uiuendi ad ſũmã ea quę zeno æſtimanda etiã ſumenda & apta naturæ eſſe dixit: eadem illi bona appellãt. Vitã aũt beatã illi eã quæ conſtaret ex his rebus quas dixi aut plurimis: aut grauiſſimis. zeno aũt qd ſuam: q; propriã ſpeciem habeat cur appetendum ſit id ſolum bonũ appellat. Beatam autem uitã eam ſolã quæ cũ uirtute degat᷑. ſi de re diſceptari oportet: nulla mihi tecũ Cato põt eſſe diſſenſio. Nihil eſt. n. de quo aliter tu ſentias atq; ego: modo cõmutatis uerbis ipſas res conferamus. Nec hoc ille nõ uidit: ſed uerboꝝ magnificentia eſt & gloria delectatus: qui ſi ea quæ dicit ita ſentiret ut uerba ſignificant: quid inter eũ: & uel Pyrrhonẽ: uel Ariſtonem intereſſet? ſi aũt eos non probat. Quid attiuit cum iis qui buſcũ re conueniebat uerbis diſcrepare? Quid ſi reuiuiſcant Platonici illi & deiceps q; eoꝝ auditoreſ fuerũt & tecũ ita loquant᷑? noſcũ te. M. Cato ſtudioſiſſimũ philoſophię iuſtiſſimũ uiꝝ optimũ iudicẽ. religioſiſſimũ teſtẽ audirẽus: admirati ſumus qd eẽt cur nobis ſtoicos añferres: q̃ de rebus bonis & malis ſẽtirẽt ea: quæ ab hoc Polæmone zeno cognouerat: nominibus uteret᷑ iis quę prima ſpecie admirationẽ: re explicata riſũ mouerent. Tu autẽ ſi tibi illa ꝓbant᷑ cur non propriis uerbis illa tenebaſ? Sin te auctoritas cõmouebat: nobis ne omnibus & Platoni ipſi neſcio quem illũ añponebas? ꝑſertim quũ in re pu. princeps eſſe uelles: ad eamq; tuendã cum ſũma tua dignitate maxime a nobis ornari atq; inſtrui poſſes. Nobis. n. iſta quæſita: a nobis deſcripta: notata ꝑcepta ſunt: omniumq; reꝝ publicarꝝ rectiones: genera: ſtatus: mutationes: Leges etiam & inſtituta: ac mores ciuitatum ꝑſcripſimus. Eloquentię uero quæ & principibus maxie ornamento ẽ & quo te audiuimus ualere plurimũ: Quã tũ tibi ex monumentis noſtris addidiſſes: ea quũ dixiſſẽt: Quid tãdem talibus uiris reſponderes? rogarẽ te inquit ut diceres pro me tu idem: qui illis orationẽ dictauiſſeſ uel potius paulum loci mihi ut his reſponderem dares: niſi & te audire nunc mallem & iſtis tñ alio tempore reſponſurus eſſem: tunc. ſ. cum tibi. Atq ſi uerꝝ reſpõdere uelles Cato: hęc erãt dicenda nõ eos tibi nõ ꝓbatos tantis ingeniis homines: tantaq; auctoritate: ſed te aĩaduertiſſe quas res illi ꝓp antiquitatem parꝝ uidiſſẽt eas a ſtoicis eẽ ꝑſpectas eiſdemq; de rebus: hos tum acutius diſſeruiſſe: tũ ſenſiſſe grauius & fortius quippe q primũ ualitudinẽ bonã expetẽdã negãt eẽ: eligẽdã dicãt: nõ qa ſit bonũ ualere: ſed qa ſit nõ nihilo æſtimandũ. Neq; tñ plures q̃ illi uident᷑: q illũ non dubitant bonũ dicere. hoc uero te ferre non potuiſſe: Quod antiq illi quaſi barbari ut nos de nr̃is ſolem⁹ dicere: crediderint: eius qui honeſte uiueret: ſi idem ẽt bñe ualeret: bñe audiret copioſus eẽt: optabiliorẽ fore uitã meliorẽq;: & magis expetendam: q̃ illius qui æque uir bon⁹ multis modis eẽt ut Ennii Alcmeo circũuẽt⁹ morbo exilio: atq; ĩopia

Illi igitur ātiqui nō tā acute obtabiliorē illā uitam putāt prestantiorē :beatiorē. Stoici aūt tātūmō ꝓponendā i seligēdo:nō quo beatior hæc uita sit:sed quo ad naturā accomodatior.& qui sapiētes nō sunt omnes eque miseros esse. Stoici hæc uidelicet uiderunt:Illos aūt id fugerat supiores:q arbitrabātur homies sceleribus et pricidiis iqui natos nihilo miseriores eē:q eos q cū caste & itegre uiuerēt nōdū pfectā illā sapiētiā essēt cōsecuti. Atq; hoc loco similitudiēs eas qb9 illi uti solēt dissimillimas ꝓferebas Quis.n.ignorat si plures ex alto emergere uelit:ꝓpius fore eos quidē ad respirādū q ad sūmā iā aquā ꝓpinquāt. Sed nihilo magis respirare posse q̄ eos qui sūt i ꝓfundo Nihil. n. adiuuat ꝓcedere & ꝓgredi i uirtute quo min9 miserrius sit añ q̄ ad eā perueneri:quoniā in aqua nihil adiuuat:et quoniā catuli qui iā despecturi sūt cęci ęque & hi q mō nati. Platonē quoq; necesse ē quoniā nōdū uidebat sapiētiā ęque cecum aīo & Phalarim fuisse. Ista similia nō sūt Cato i qbus q̄uis mītū ꝓcesseris:tamē illud i cadē causa ē a quo abesse uelis:donec cuasaris nec. n. ille respirat añ q̄ emersit & catuli æque cæci priusq̄ despexerit:ac si ita futuri semp essēt .Illa sūt similia habes acies ē cuipiā oculoꝝ:corpore ali9 lāguescit:hi curatiōe adhibita leuant' idies alter ualet plus quottidie alter uidit. hi similes sūt omib9 q uirtuti studēt: leuāt' uitiis leuāt' erroribus9 .nisi forte cēses. T. Gracchū patrē beatiorē fuisse q̄ filiū:quū alter stabilire .rē. pu. studuerit:alter euerter:nec tñ ille erat sapiēs. Quis. n. hoc aut qñ aut ubi:aut unde. Sed qa studebat laudi & dignitati mītū in uirtute ꝓcesserat. Cōferā aūt auū tuū drusū. C. Graccho eius fere æq̄li :Quæ hic rei:pu. uulnera ipoēbat:eadē ille sanabat sed nihil ē quod tā miseros faciat q̄ impietas & scel'ut iā oēs insipiētes sint miseri: qd' ꝓfecto sūt:nō ē tñ æque mis' q patriæ cōsulit & is q illā extictā cupit. Leuatio igit' uitioꝝ magna fit iis q habēt ad uirtutē ꝓgressiōis aliq̄tulū. Vestri aūt progressionem ad uirtutē fieri aiūt:leuationē uitioꝝ fieri negāt. At quo nitūt' hoies acuti argumēto ad ꝓbandū opęptiū ē cōsiderare. quaꝝ iqūt artium sūma crescere potest:eaꝝ etiam cōtrariaꝝ sūma poterit augeri. ad uirtutis aūt summā accedēr nihil potest:ne uitia q dem igit' crescere poterunt:quę sūt uirtutū cōtraria:utrum igit' tādē ꝑspicuis ne dubia apiunt' .an dubiis ꝑspicua tollunt' ? Atq hoc ꝑspicuū ē uitia alia i aliis eē maiora Illud dubium ad id quod summū bonū dicitis hęc quænā fieri possit accessio. Vos aūt cum ꝑspicuis dubia debeatis illustrare:dubiis ꝑspicua cōamini tollere : Itaq; eadem ratiōe qua sum pauloañ us9 hęrebitis. Si. n. ꝓpterea uitia alia aliis maiora non sunt qa ne ad finē qdē bonoꝝ cum quē uos facitis quicq̄ potest accedere qm̄ ꝑspicuum ē uitia nō eē oium paria finis bonoꝝ uobis mutādus ē. T ēam9 .n. illud necesse ē cū cōsequēs aliquod falsū sit:illud cuius id cōsequēs sit nō posse eē ueꝝ:quæ ē igit' cā istaꝝ āgustiaꝝ? gl'osa ostētatio in cōstituēdo summo bono? Quū. n. quod honestum sit: Id solum bonū eē cōfirmat' :tollit' cura ualitudis:diligentia rei familiaris administratio rei. pu:ordo gerendoꝝ negotioꝝ:officia uitæ:iꝑm deniq; illud honestū: iquo uno uultis eē oia deserendū est. quæ diligentissime contra Aristonem dicunt' a Chrysippo. ex ea difficultate illę fallacis loquelæ ut ait Accius malitiæ natæ sūt. Quid .n. sapiētia ubi pedē ponoret nō habet sublatisofficiis omib9 .officia aūt tollebāt' delectu omni & discrimie remoto: quæ esse poterāt reb9 oib9 sic exeq̄tis ut inter eas nihil interesset. Ex his āgustiis ista euaserūt deteriora quā Aristōis'. Illa tamē simplicia uestra uersuta. roges. n. Aristonem bona ne ei uideāt' hæc:uacuitas doloris: diuitiæ

ualitudo:neget. Quid quę cõtraria sũt his? mala ne? nihilo magis. Zenonẽ roges? re spõdeat totidẽ uerbis. admirãtes quęramus ab utroq; quonã modo uitã agere possu m⁹:si nihil itereſſe nr̃a putem⁹ ualeam⁹:ęgri ne sim⁹ uacem⁹:an cruciẽur dolore:fri g⁹ famẽ ꝓpulsare possim⁹:nec ne possim⁹. Viues itq Aristo magnifice atq; pclare: Quod erit cũq; uisũ ages: nũq̃ ãgere nũq̃ cupies:nũq̃ timebis .qd zeno? portenta hæc eẽ dicit:nec ea rõe ullo mõ posse uiui:sed differre iter honestũ & turpe nimiũ: q̃tũ nescio:qd imẽsum:iter cæteras res nihil oio itereſſe. Idẽ adhuc audi reliq̃:& risũ cõtine si potes:media illa itq iter q̃ nihil itereſt tñ ciusmodi sũt:ut eoꝝ alia eligẽda sit alia reiiciẽda:alia oio negligẽda:hoc ẽ ut eoꝝ alia uelis:alia nolis:alia non cures. Ac mõ dixeras nihil i his reb⁹ eẽ qd̃ itereſſet:& nũc idẽ dico iqes:Sed ad uirtutes & ad uitia nihil itereſſe. Quis istud q̃si nesciebat? Veꝝ audiam⁹ ista inqt quæ dixisti: ua lere:locupletẽ eẽ:nõ dolere:bõa ñ dico:Sed dicã græce προηγμενα:latie ãt: ꝓduc ta sed ꝓpositа aut pcipua malo sit tolerabili⁹ & molli⁹. Illa autẽ egestatẽ:morbũ:do lorẽ nõ appello mala:sed libet reiectanea. itaq; illa nõ dico me expeter?:sed leger? :nec optare sed sumer?:cõtraria ãt nõ fugere:sed q̃si secerner?:Quid ait Aristoteles reliqq; Platõis alũni? se oia quæ secũdũ naturã sint bõa appellar?:quę ãt cõtra mala. Vides ne igit? Zenonẽ tuũ cũ Aristone uerbis cõsẽtir? re dissider?:cũ Aristotele et illis re cõ sentir? uerbis discrepar?:cur igit? cũ de re cõueniat nõ malim⁹ usitate loq?:aut doceat paratiorẽ me ad cõtẽnẽdã pecuniã for?:si illã i reb⁹ ꝓpositis q̃ si i bõis duxero?:fortio rẽq; in patiẽdo dolore si eũ aspũ & difficilẽ ppessu:& cõtra naturã eẽ:q̃si malũ eẽ du xero?:Facete Marcus piso familiaris noster & alia mlta & hoc loco stoicos irridebat Quid .n. aiebat bonũ negas eẽ diuitias:ꝓpositũ eẽ dicis? qd adiuuas? auaritiãne mi nuis?:qd̃ si uerbũ sequmur primũ lõgi⁹ uerbũ ꝓpositũ:q̃ bonũ. nihil ad rẽ:ne sit sane at certe graui⁹. Nã bonũ ex quo appellatũ sit nescio:ꝓpositũ ex eo credo q; ꝓpõat? aliis:id mihi magnũ uide?. itaq; dicebat plus tribui diuitiis a zenone q eas i ꝓpositis poneret:q̃ ab Aristotele q bonũ eẽ diuitias fatere?:sed nec magnũ bonũ & præ rec tis honestisq; cõtẽnẽdũ:ac despiciẽdũ:nec magnope expetẽdũ: oioq; de oibus istis uerbis a zẽone mutatis ita disputabat:ut quæ bõa negare?:eẽ ab eo & quę mala:illa lætiorib⁹ noibus ab eo appellari:q̃ a nobis hæc tristiorib⁹. Piso igit? hoc mõ uir op tim⁹:tuiq;:ut scis:amãtissim⁹. Nos paucis ad hęc additis:finẽ faciam⁹ aliqñ. Lõgũ ẽ .n. ad oia rspõdere:q̃ a te dẽa sũt:nã ex eisdẽ uerboꝝ ꝓstigiis & regna nata nobis? sit? & ipia:& diuitię:& tãtæ qdẽ ut oia quę ubiq; sint:sapiẽtis eẽ dicatis?. Solũ ꝓterea for mosũ:solũ libeꝝ:solũ ciuẽ:oia cõtraria:quos ẽt isanos eẽ uultis. hæc παραδοξα illi nos ad mirabilia dicam⁹. Quid ãt hñt admiratõis quũ ꝓpe accesseris cõferã tecũ:q̃ cuiq; uerbo rẽ subiicias nulla erit cõtrouersia:oia peccata pia dicitis ñ ego tecũ iã ita loq̃r ut iisdẽ his de reb⁹:quũ. L. Murenã te accusãte defẽderẽ apũ ipitos tũ illa dicta sũt:aliqd ẽt coronæ datũ. nũc agẽdũ ẽ subtili⁹:pect? a pia quonãmõ? qa nec hõesto q;q̃ hõesti⁹:nec turpi turpi⁹. Perge porro:nã de isto magna disserio ẽ. Illa argum ta ꝓpria uideam⁹ cur oia peccata sit pia:ut iqt i fidib⁹ plurimis:si nulla eaꝝ ita cõtẽ ta numeris sit ut cõcẽtũ fuar? possit:oẽs æque cõtẽtę sit:sic peccata q̃ discrepãt:æque discrepãt pia sũt. igit? hoc ãbiguo ludim⁹?:æque, n. cõtigit oib⁹ fidib⁹ ut icõtẽtę sint illud ñ cõtinuo ut æque icõtẽtæ. collatio igit? ista te nihil iuuat. nec. n. oẽs auaritias si æque auaritias esse dixerim⁹ seq̃t? ẽt ut æquas eẽ dicam⁹. ecce aliud simile dissimile.

ut.n.iquit gubernator æque peccat:ſi palearꝫ nauẽ euertit:& ſi auri:Item æque peccat qui parẽtẽ & q ſuũ iiuria uerberat:hic nõ uideꝛ cuiꝰ generis onus nauis uehat ad gubernatoris artẽ nil ptinere. Itaqꝫ auꝫ paleãue portet ad bñ aut ad male gubernãdũ nihil itereſſe.At qd iter pẽtẽ & ſuulũ iterſit itelligi & poteſt & debet ergo in gubernãdo nihil:i officio plurimũ itereſt quo i geneꝛ peccet.Et ſi i ipa gubernatione negliẽtia ẽ:nauis euerſa:maius ẽ peccatũ i auro q̃ i palea.omibus.n.artibus uolumus attributtã eẽ eã quæ cõmuis appellatur prudẽtia:quã oẽs q cuiqꝫ artificio pſũt debẽt habere.Ita ne hoc mõ pia qdẽ peccata ſũt.urgẽt tñ & nihil ꝛmittũt.qm̃ iqũt oẽ peccatũ ibecillitatis & icõſtãtiæ ẽ.hec aũt uitia i oibus ſtultis æque magna ſũt: neceſſe ẽ pia eẽ peccata:q̃ſi uero ut cõcedat i oibus ſtultis æque magna eẽ uitia:& eadẽ ibecillitate & icõſtãtia.L.Tubullũ fuiſſe qua illũ cuius is cõdẽnatus ẽ ratione P.Scæuolã.& q̃ſi nihil iter res quoqꝫ ipſas i qbus peccat iterſit:ut quo hæ maioreſ minoreſue ſit:eo quoqꝫ peccata i his rebus aut maiora ſint aut minora. Itaque iã.n. concludatur oratio:hoc uno uitio maxime mihi primi uidentur tui ſtoici q ſe poſſe putant duas contrarias ſententias obtinere quid eſt enim tam repugnans q̃ eundem dicere quod honeſtũ ſit ſolũ:id bonũ eẽ:q dicat appetitionẽ reꝫ ad uiuẽdũ ac comodataꝫ natura ꝓfectã:Ita cũ ea uolũt retinere quæ ſupiori ſẽtẽtie cõueniunt:i Ariſtonẽ icidũt:quũ id fugiũt re eadẽ deffẽdũt:quę ꝓpatetici:uerba tenẽt mordicꝰ quæ rurſus dũ ſibi euelli ex ordine nolũt horridiores euadũt:aſperiores :duriores & oratione & moribus:q̃ illorũ triſtitiã atqꝫ aſperitatẽ fugiẽs Panetius nec acerbitatẽ ſẽtẽtiaꝫ:neque diſſẽdi ſpinas ꝓbauit: fuitqꝫ i altero geneꝛ mitior i altero illuſtrior: ſẽpqꝫ habuit i ore Platonẽ Ariſtotelẽ:Xenocratẽ:Theophraſtũ: Dicearchũ:ut ipſi ſcripta declarant: quos qdẽ tibi ſtudioſæ & diligẽt tractãdos magnope cẽſeo. Sed quoniã ad ueſpaſcit:& mihi ad uillã reuertẽdũ eſt:Nunc quidẽ hactenus:ueꝫ hoc quidẽ ſæpe faciamus,Nos uero iquit ille,nã quid poſſumus facere melius:& hãc q dẽ primã exigã a te operã ut audias me quæ a te dicta ſũt refellẽtẽ.ſed memẽto te q nos ſẽtiamus oĩa ꝓbare.ni quod uerbis aliter utamur. mihi aũt ueſtroꝫ nihil ꝓbari:ſcrupulũ iq̃ abeũti:ſed uidebimus.Que quũ eſſẽt dicta diſceſſimus. FINIS.

INCIPIT LIBER QVINTVS.

Vm audiuiſſẽ antiochũ Brute ut ſolebat cũ.M.Piſone diſputãtẽ i eo gymnaſio quod ptolemæũ uocat unaqꝫ nobiſcũ.Q. frater &.T.pomponius.L.Cicero frater noſter cognatione patruelis:amore germanus conſtituimus inter nos ut ambulationem poſtmeridianam conficeremus i academia maxime q̃ is locus ab omni turba id temporis uacuus eſſet:itaqꝫ ad tẽpus ad Piſonem omnes : inde uario ſermone ſex illa adypilo ſtadia confecimus.Quando autem ueniſſemus in acadamiam non ſine cauſa nobilitata ſpatia ſolitudo erat ea quam uolueramus. Tũ Piſo natura ne nobis hoc iquit datũ dicã:an errore quodã ut quando ea loca uideamꝰ iqbꝰ memoria dignos uiros acceperimꝰ multos eẽ uerſatos:magis moueamur q̃ ſi ãte eoꝫ ipſoꝫ aut facta audiamus aut ſcriptũ aliquid legamus. uelut ego nunc moueor:uenit.n.mihi Platonis in

me ntē:quē accepimus primū hic disputare solitū:cuius etiā illi ortuli ꝓpinqui non mē oriā solū mihi afferūt:sed ipsū uidentᵉ i cōspetu meo hic pōere. Hic Speusippus hic Xenocrates:hic eius auditor Polemo cuiꝰ ipsa illa sessio fuit quā uideamꝰ.eqdē etiā curiā nostrā hostiliam dico:nō hanc nouā:quę mihi minor eē uidetᵉ:postea est maior solebā ituens Scipionē.Catonē:Leliū:Nostrū uero iprimis auū cogitare tāta uis admirationis est i locis. ut nō sine cā ex his mēorię ductas sit disciplina. Tū. Quī ē plane. Piso (ut dicis) inquit:nā me ipsū huc mō ueniētē cōuertebat ad se se coloneꝰ ille locus:cuius incola Sophocles ob oculos uersabatᵉ:Quem scis q̄ ad mirer q̄ qꝫ eo delecter me quidē ad altiorem memoriā œdipodis huc ueniētis & illo mollissimo car mine quę iam essent ipsa hęc loca requirētis species quedam commouit inanis.s. sed commouit tamē. Tunc Pomponius at ego quē uos ut deditū Epicuro iſectari soletis ſū multū equidē cum phędro:quem unice diligo ut scitis) i epucuri ortis:quos mō prętereiebamus.sed ueteris puerbii admonitū uirorū memini:nec tamē Epicuri licet obliuiſci si cupiam:cuius imagniem nō modo i tabulis nostri familiares:sed etiam i populis & in anulis habēt. Hic ego pōponius qdē iquā noster iocari uidetᵉ:& fortaſ se ſuo iure. Ita.n.athēis collocauit:ut ſit pene unus ex atticis :ut id ēt cognomine Re ne uideatur habiturus:ego autē tibi piſo aſſētior:usu hoc euenire ut acrius aliquāto & attentius de claris uiris locoꝫ admonitu cogitemus. Scis. n.me quoddā tempore Metapontū ueniſſe tecum:nec ad hoſpitem ante diuertiſſe q̄ Pythagoræ ipsū illum lo cum ubi uitā ediderat ſedemqꝫ uideri.hoc autem tempore:& si multa in omni par te athenarum ſunt in ipsis locis inditia ſummorum uirorum.tamen ego illa moueor exedra:Modo. n. fuit Carneades quē uideor eſt.n. tota imagno:a ſedeqꝫ ipsa tāta in genii magnitudine orbata deſiderari illā uocem puto.tum Piſo quoniā igitur aliquid pēs quid Lucius noſter iquit? An eū locū libenter inuiſit ubi de moſthenes & Eſchi nes iterſe decertare soliti ſūt? ſuo.n. quiſqꝫ ſtudio maximę ducitur:& ille quū erubuiſ ſet noli iquit exme querere qui in phalericum etiā deſcēderin:quo i loco ad fluctum aiunt declamare solitū Demoſthenē:ut fremitu aſſueſceret uoce uincere modo etiā paulū ad dexterā de uia declinaui:ut ad piclis ſepulchrū accederē quāquam id qdē infinitū eſt i hac urbe quacūqꝫ eni igredimur i aliquā hiſtoriā ueſtigiū ponimus. Tū Piſo atqui Cicero iquit iſta ſtudia ſi ad imitādos ſummoſ uiroſ ſpectāt igenioſorū ſūt ſin tātūmodo ad idicia ueteris memorię cognoſcēda curioſorū:te autē hortamur oēs currētē qdē ut ſpero:ut eos quos nouiſſe uis etiā imitari uelis:hic ego & ſi facit hic q dē iq̄ Piſo (ut uides) ea que pręcipis:tamē mihi grata ē hortatio tua. Tū ille amiciſſi me (ut ſolebat) noſ uero inquit omnes omnia ad huius adoleſcentiā cōferamuſ impri miſqꝫ ut aliquid ſuorū ſtudiorū philoſophiæ quoque impartiat uel ut te imitetur quē amat uel ut illud ipsū quod ſtudet facere poſſit ornatius:ſed utrū hortādus es nobis Luci iquit:an etiā tua ſponte propenſus es? mihi quidē Anthiochū quem audiſ ſatis belle uideris attendere. tū ille timide uel potius uerecūde facio inquit equidem. Sed audiſti ne modo de Carneade? rapior illuc:reuocat autē Antiochus:nec eſt prętereа quē audiamus.tū Piſo & ſi hoc inquit fortaſſe non poteris ſic abire quū hic adſit:me autē dicebat:tamē audebo te ab hac academia noua aduterem illā uocare:inqua: (ut dicere Antiochū audiebas) nō hi ſolū numerāt q academici uocant. Speuſippꝰ Xenocrates Polemo; Grātor cęterique ſed etiam peripatetici ueteres:quorum prin

ceps Aristoteles quẽ excepto Platone:haud scio an recte dixerim principem philoso phorũ.ad eos igit cõuerte te quæso.ex eoꝝ enĩ scriptis & istitutis cũ eis doctrina libe ralis :omnis historia:omnis sermo elegans sumi põt.tum uarietas est tanta artium ut nemo sine eo istrumẽto ad ullã rẽ illustriorẽ satis ornatus possit accedere:ab his orato res;ab his ipatores:ac reꝝ publicaꝝ pricipes extiterũt.ut ad minora ueniã mathema tici:poetę musici:medici deniq; ex hac tanquã ex omniũ artium officina profecti sũt ad quę ego scis me iquã istud idẽ sẽtire Piso sed a te oportune mẽtio facta ẽ.studet.n. meus audire Cicero quę nam sit istius ueteris quã cõmemoras academię de finibus bonorũ:peripateticorũq; sentẽtia censemus autẽ te facillime id explanare posse quod & Staseam neapolitanũ multos annos habuerit apud te:& quũ plures iam menses athenis.hęc ipsa te ex Antiocho uidemus exquirere.& ille ridens age age.inquit satis enim scite me nostri sermonis pricipiũ eẽ uoluisti.exponamus adolescẽti si qua forte possumus:dat enim id nobis solitudo :quod siquis deus diceret nunquam putarẽ me in Academia tanquam philosophũ disputaturuꝝ:sed ne dũ huic obsequor uobis.mole stus sim.mihi iquã qui te id ipsum rogaui Tum Quintus & Pomponius qum idẽ se uelle dixissent.Piso exorsus est.Cuius oratio Attende queso brute satis ne uideatur Antiochi cõplexã eẽ sentẽtiam quã tibi q fratrem eius Aristum frequẽter audieris maxime probatã existimo.sic ẽ igit locutꝰ Quãtus ornatus ĩ pipateticoꝝ disciplina sit satis est a me ut breuissime potui paulo ante dictũ:sed est forma eius disciplinę si cut fere cęterarũ triplex:una pars ẽ naturę disserẽdi.altera uiuẽdi.tertia natura sic ab his inuestigata est ut nulla pars celo:mari:terra.ut poeticę loquar ptermissa sit quin ẽt quũ de rerũ initiis omniq; mũdo locuti essẽ ut multa nõ mõ ꝓbabili argumẽtatio ne:sed etiã necessaria mathematicoꝝ ratione cõcluderẽt maximã materiã ex rebꝰ p se iuestigatis ad rerũ ocultarũ cognitionẽ attulerũt.psecutꝰ est Aristoteles animãtiũ omniũ ortus:uictus:figuras. Theophrastus aũt stirpiũ naturas omniũ q; ferę rerũ quę e terra gignerẽt causas atq; rationes.qua ex cognitione facilior facta est inuesti gatio rerũ oculusimaꝝ:disserẽdiq; ab hisdẽ nõ dialecticę. solũ sed etiã oratoria prę cepta sũt tradita:ab aristoteleq; pricipe de singulis rebꝰ ĩ utrãq; ptẽ dicẽdi exercitatio istituta:ut nõ cõtra oia semper sicut Archesilas diceret. & tamen ut ĩ omnibus rebus quicquid ex utraq; parte dici possit exprimeret.quũ autẽ tertia pars bene uiuẽdi prę cepta quæreret:ea quoq; est ab hisdẽ nõ solũ ad priuatæ uitę rationẽ:sed etiã ad rerũ pu.rectionẽ relata omniũ fere ciuitatũ nõ græciæ solũ sed etiã barbariæ ab Aristotele mores istituta:disciplinas:a Theophrasto leges etiã cognouimus. Quũq; uterq; eo rum docuisset qualem in re :pu.principem conueniret pluribus:præterea quũ scrip sisset qui esset optimus rei.pu.status hoc amplius Theophrastus quæ esset ĩ re. pu. inclinatõnes rerũ & momẽta tempoꝝ quibus esset moderandũ ut cũq; res postula ret:Vite autẽ degẽde ratio maxima qdẽ illis placuit quieta ĩ cõtẽplatione ex cogniti one posita reꝝ:quæ qa deorũ erat uitæ simillima sapiẽte uisa est digniſſima;atq; his de rebus & splẽdida ẽ eorũ & illustris oratio De sũmo autẽ bono quia duo genera li broꝝ sũt unũ populariter scriptũ qđ ἐξωτερικὸν appellabãt alteꝝ limatiꝰ qđ ĩ cõmẽ tariis reliq; tũt:nõ sẽp idem dicere uidentur.nec ĩ summa tamen ipsa aut uarietas est ulla apud hos quidem quos nominaui;aut inter ipsos dissensio sed quum beata uita

queratᵉ :idq; sit unū quod philosophia spectare & sequi debeat:sit ne ea tota sita in potestate sapientis:an possit aut labefactari aut eripi rebus aduersis:in eo nō nunq̄ uariari iter eos & dubitari uidetᵉ :qd̄ maxime efficit Theophrasti de beata uita liber in quo multū admodū fortunæ datᵉ. Qd̄ si ita se habeat nō possit beatā p̄stare uitā sapientia. hæc mihi uidetᵉ delicatior:ut ita dicam:molliorq; ratio q̄ uirtutis uis gra uitasq; postulat. quare teneamus Aristotelē & eius filiū Nicomachū:cuius accura te scripti de moribus libri:dicuntᵉ illi qdem eē Aristotelis:se nō uideo cur nō potue rit patri similis esse filius. Theophrastū tñ adhibeamus ad pleraq; dūmō plus ī uir tute teneamus q̄ ille tenuit firmitatis & roboris. simus igitᵉ cōtenti his. nanq; horū posteri meliores illi quidē mea sententia quam reliquaꝝ philosophi disciplinaꝝ. sed ita degenerāt ut ipsi ex se nati esse uideantᵉ. Primū Theophrasti strato physicū esse uoluit: In quo & si est magnus tñ noua pleraq; & perpauca de moribus huius Ly sias ex oratiōe locuples: rebus ipsis ieiunior. concinus deinde & elegans huius Ari sto. sed ea quæ desideratᵉ a magno philosopho grauitas in eo nō fuit. scripta sane & multa & polita sed nescio quo pacto auctoritatē oratio nō habet. Prætereo multos in his doctū hominē & suauē Hieronymū:quē iā cur pipateticū appellē nescio:sū mū enī bonū exposuit uacuitatē doloris. q autē de sūmo bono dissentit. de tota phi losophiæ rōe dissētit. Critolaus imitari ātiquos uoluit & qdē ē grauitate ꝓximus. & redūdat oratio. attamen is qdē in patriis institutis manet. Diodorus eius auditor ad iungit ad honestatē uacuitatē doloris. hic quoq; finis est de summoq; bono dissen tiens dici uere pipateticus nō pōt. Antiquoꝝ autē sentētiā Antiochus noster mihi uidetᵉ psequi diligentissime:quā eādem Aristotelis fuisse & Polemonis docet. facit igitᵉ Lucius noster prudenter qui audire de sūmo bono potissimū uelit. hoc enī cō stituto in philosophia cōstituta sūt oīa. nā cęteris in rebus siue prætermissū sit siue ignoratū est quoppiā nō plus īcomodi ē q̄ quæq; quāti eaꝝ reꝝ est:in qbus negle ctum est aliquid. Summū autem bonū si ignoretur uiuendi rationem ignorari ne cesse est:ex quo tantus error consequitur:ut quē in portū se recipiant scire non pos sint. cognitis autē rerum finibus quū intelligitᵉ quid sit & bonoꝝ extremū:& malo rū inuenta uitæ uia est:confirmatioq; omniū officiorum. est igitur quo quicq; refe ratur:ex quo id quod omnes expetūt beate uiuendi ratio inueniri & cōparari potest quod quoniam in quo sit magna dissentio est. Carneadea nobis adhibenda diuisio est. qua nr̄ Antiochus libenter uti solet. ille igitᵉ uidit nō mō quot oīo fuissēt adhuc philosophoꝝ de summo bono:sed quot omnino esse potuissent sententiæ. negabat igitᵉ ullā esse artem quæ ipsa a se ꝓficisceretᵉ. & enim semp illud extra est qd̄ arte cō præhenditur. nihil opus est exemplis hoc facere longius. est. n. pspicuū nullam ar tem ipsam in se uersari. sed esse aliud artem ipsam:aliud quod propositum sit arti. quoniam ut medicina ualitudinis:nauigationis gubernatio:sic uiuendi ars est pru dentia. necesse est eam quoq; ab alia re esse constitutam & profectā:cōstitit autē se re inter omnes id in quo prudentia uersaretur:et quod assequi uellet aptū et acōmo datū nature esse oportere:& tale ut ipm p se inuitaret & alliceret appetitum ai: quē ορμὴν græci uocant. quid autem sit quid ita moueat itaq; a natura ī primo ortu ap petatur non constat. deq; eo est inter philosophos quum summū bonū exquiritur oīs dissentio. totius enī quæstionis eius quæ habetur de finibus bonoꝝ & malorū

quum quæritur in his qd sit extremmum & ultimum fons repiẽdis est: in quo sint prima iuitamẽta naturæ. Quo iuento ois ab eo quasi capite de sũmo bono & malo disputatio ducit̃. Voluptatis alii primũ appetitũ putãt & primã depulsionẽ doloris alii cẽsent primũ ascitũ: & primũ declinatũ dolorẽ. ab his alii quæ prima secũdũ naturã noinãt proficiscunt̃: in quibus numerãt incolumitatẽ: cõseruationẽqꝫ oium ptiũ: ualitudinẽ: sensus integros: doloris uacuitatẽ: uires: pulchritudinẽ: cæteraqꝫ generis eiusdẽ. quorꝝ similia sunt prima in aiꝭ quasi uirtutũ igniculi & semina: ex his tribus quũ unũ aliquod sit: quo primũ natura moueat̃: uel ad appetendũ: uel ad repellendũ: nec quicq̃ oio preter hæc tria possit ẽe necesse est oio officiũ aut fugiendi aut sequendi ad eorũ aliqd referri. ut illa prudentia quã artẽ uitæ eẽ diximꝰ: in eaꝝ triũ rerꝝ aliqua uerset̃ a qua totius uitæ ducat exordium. Ex eo aũt qd statuerit esse quo primũ natura moueat̃: existet etiã recti ratio atqꝫ honesti: quæ cũ uno aliquo ex tribus illius cõgruere possit: ut aut id honestũ sit facere oia aut uoluptatis cã etiã si eã non cõsequare aut non dolendi etiã si assequi nequeas: aut eorꝝ quę secundum naturã sũt adipiscendi etiã si nõ adipiscare. Ita fit ut q̃ta differentia est in principiis naturalibus: tanta sit in finibus bonorꝝ malorũqꝫ dissimilitudo. alii rursus iisdẽ a principiis oẽ officiũ referent̃ aut ad uoluptatẽ: aut ad nõ dolendũ: aut ad prima illa secũdum naturã obtinẽda. Expositis iã igit̃ sex de sũmo bono sententiis: triũ pximorꝝ hi principes uoluptatis Aristippꝰ: nõ dolẽdi Hieronymꝰ: fruẽdi rebus his q̃s primũ secũdũ naturã eẽ diximus Carneades. nõ ille qdẽ auctor sed defensor differendi cã fuit. supiores tres erãt quæ eẽ possent: quarꝝ ẽ una sola deffensa eaqꝫ uchemẽter. nã uoluptatis cã facere oia quũ ẽt si nihil cõsequamur tñ ipm illud consiliũ ita faciendi p se expetẽdũ: & honestũ. & solũ bonũ sit: nemo dicit. ne uitationẽ quidẽ doloris ipsam p se q̃q̃ in rebus expetẽdis putauit: ne si ẽt euitare posset: at uero facere oia ut adpiscamur quæ secũdũ naturã sint: & si ea nõ assequamur id eẽ & honestũ & solũ pse expetendũ: & solũ bonũ stoici dicũt. Sex igit̃ hæ sũt simplices de sũmo bonorũ malorũqꝫ sententiæ. duæ sine patrono: quattuor defensæ. iunctę aũt & duplices ex positiões summi boni tres oio fuerũt: nec uero plures si penitus rerꝝ naturam uideas esse potuerũt. nã aut uoluptas adiungi põt ad honestatem ut Caliphoni Dinomachoqꝫ placuit: aut doloris uacuitas ut Diodoro: aut prima naturæ ut antiqs: quos eosdẽ Academicos & pipateticos noiamus. Sed q̃m nõ possunt oia simul dici: hęc ĩ pbẽtia nota eẽ debebũt: uoluptatẽ semouẽdã ẽe q̃n ad maiora q̃dã: ut iã apparebit: natí sumꝰ: de uacuitate doloris eadẽ fere solẽt dici: q̃ cõtra uoluptatẽ dicta sunt. q̃m igit̃ de uoluptate cũ Torquato et de hõestate ĩ q̃ una oẽ bonũ ponerẽt̃ cũ Catone est disputatũ. Primũ quæ contra uoluptatẽ dicta sũt. eadẽ fere cadũt cõtra uacuitatẽ doloris nec uero alia sũt q̃rẽda cõtra Carneadeã illã sẽtẽtiã. quocũqꝫ. n. mõ sũmũ bonũ sic exponit̃: ut id: uacet honestate: nec officia: nec uirtutes in ea rõe: nec amicicia cõstare possunt. cõiũctio aũt cum honestate: uel uoluptatis uel nõ dolendi id ipsum honestũ quod amplecti uult efficit turpe. ad eas enĩ res referre quæ agas: quarũ una si quis malo caret: in summo eum bono dicat esse: Altera uersẽt̃ in leuissima pte naturę: obscurãtis id ẽ oẽm splẽdorẽ hõestatis: ne diçã ignãtis. Restãt stoici qui quũ a pipateticis & Academicis oia trãstulissẽt. noibꝰ aliis easdẽ res sequuti sũt hos cõtra singulos dici est melius: sed nũc qd agimus de illis quũ uolẽus. Democriti ãt

ſeueritas quæ eſt animi tanꝝ tranquillitas quam appellant εὐθυμίαν eo ſeperanda fuit ab hac diſputatione. quia iſta ai tranquillitas eſt ea ipſa beata uita. Quærimus autē non quæ ſit: ſed unde ſit. iam exploſæ eiectæq; ſententiæ Pyrrhonis: Ariſtonis Herilli: quod in hunc orbē quem circūſcripſimus incidere nō poſſunt: adhibendæ oio nō fuerūt. Nā quū omnis hæc quæſtio de finibus & quaſi de extremis bonorū & maloꝝ ab eo ꝓficiſcat' qđ diximus naturę primū eſſe aptū & acōmodatū: quod q; ipſum per ſe appetatur: hoc totum & hi tollunt: qui in rebus his: in quibus nihil quod nō aut honeſtum: aut turpe ſit negant ullam cām: cur aliud alii anteponatur: nec inter eas res quicq; omnino putant intereſſe. & Herillus ſi ita ſenſit nihil eſſe bonū præter ſcientiam: omnem conſilii capiēdi cauſā inuentionēq; officii ſuſtulit. Sic excluſis ſententiis reliquoꝝ: quū pręterea nulla eſſe poſſit: hæc antiquior ualeat ne ceſſe eſt. ergo inſtituto ueterū quo etiā ſtoici utuntur hinc capiamus exordiū. Oē ai al ſeipſum dilīgit: & ſimul ac ortū eſt id agit: ut ſe cōſeruet. q; hic ei primuſ ad omnem uitā tuendam Appetitus a natura dat' : ſe ut conſeruet atq; ita ſit affectū: ut optie ſecūdū naturā affectū eē poſſit. hāc initio cōſtitutionē cōfuſā hēt & icertā ut tantūmō ſe tueat' : q̄lecūq; ſit. ſed nec qd ſit: nec quid poſſit: nec qd ipſius natura ſit itelligit: quū aūt ꝓceſſit paulū & q̄tenꝰ qcqd ſe attigat ad ſeſeq; ꝓtineat ꝓſpicere cœpit: ſenſi icipit ꝓgredi: ſeſeq; agnoſcere: & itelligere: quā ob cām hēt eū: quē diximus ai appetitū tētatq; & ea quę uere ſentit appetere. & propulſare contraria. Ergo oi animali illud quod appetit poſitū eſt: in eo quod naturæ eſt accōmodatū. Ita finis bonorum conſiſtit ſecundum naturam uiuere ſic affectum ut optime affici poſſit ad naturamq; accōmodatiſſime. Quoniā autē ſua cuiuſq; animantis natura eſt: neceſſe eſt omnium finem hunc eſſe ut natura expleatur. nihil enim prohibet quædā eē & iterſe animalibus reliquis cū beſtiis homini cōmunia. quoniā omniū eſt natura cōmunis. ſed extrema & ſumma quæ quærimus inter animalium genera diſtincta & diſperſa ſunt: & ſua cuiq; propria: & ad id apta qđ cuiuſq; natura deſiderat. quare cū dicimus oibus aialibus extremū eſſe ſecūdū naturā uiuere: nō ita accipiēdū ē quaſi dicamus unū eē oium extremū: ſed ut oium artiū recte dici pōt cōmune eſſe: ut in aliqua ſcientia uerſetur ſcientiā autē ſuā cuiuſq; artis eē: ſic animaliū cōmune ſecundū naturā uiuere: ſed naturas eſſe diuerſas ut aliud equo ſit: natura aliud bouī aliud homini. & tñ in oibus ſumma cōmunis. & quidē nō ſolū in aialibus: ſed etiā in rebus oibus is: quas natura alit: auget: & tuet' : in quibus ea quæ gignunt' et tera multa quodāmodo efficere ipſa ſibi ꝓſe: quę ad uiuendū creſcēdūq; ualeant et ſuo genere ꝓueniāt ad extremū. ut iā liceat una cōpræhēſione oia cōplecti: nō dubitēq; dicere. omnē naturā eē cōſeruatricē ſui: idq; hr̄e ꝓpoſitū quaſi finē & extremū: ſe ut cuſtodiat quā in optio ſui generis ſtatu: ut neceſſe ſit oium rerū: quæ natura uigeāt ſimilē eē finē: nō eūdē: exquo itelligi debet homini id eē i bonis ultimū ſecūdū naturā uiuere quod ita interprætemur: uiuere ex hominis natura undiq; pfecta & nihil requirente. hęc igitur nobis explicanda ſunt: ſed ſi enodatius: uos ignoſcetis: huius enim ętati: & huic nunc primum hoc fortaſſe audienti ſeruire debemus. Ita prorſuſ inq; : & ſi ea quidem quæ adhuc dixiſti quam uis ad ętatem recte iſto modo dicerentur Expoſita igitur inquit determinatione rerum expetendarum cur iſta ſe res ita ſe habeat ut dixi. deinceps demōſtrandū eſt. Quā obrē ordiamur ab eo qđ mō poſui

qđ idem re ab ſe primū eſt.ut intelligamus:oē aīal ſeipſum díligere:qđ quanq̄ dubitationem nō habet:eſt.n.infixum in ipſa natura:cōpræhenditur ſuiſ cuiuſq̄ ſenſibus.ſic ut cōtra ſi quis dicere uelit:nō audiat᷑, tñ ne quid p̄termittamus:ratiōeſ quoq̄ cur hoc ſit:afferendas puto. Et ſi quid poteſt intelligi aut cogitari eſſe aliqđ aīal: quod ſe oderit:res enim cōcurrent contrariæ.Nā quū appetitus ille aī aliquid ad ſe trahere cœperit cōſulto:qđ ſibi obſit.quia ſit ſibi inimic⁹.quū id ſua cā faciet:& oderit ſe:& ſimul díliget:qđ fieri nō p̄ot.Neceſſe eſt quidem ſi quis ſibi ipſi inimicus eſt ea quæ bona ſunt:mala putare:bona cōtra quæ mala:& quæ appetenda fugere:& quæ fugienda appetere.quæ ſine dubio uitæ ſunt euerſio.Neq̄ enim ſi nōnulli reperiuntur qui aut laqueos:aut alia exitia querant:aut ut ille apud Terentiū qui decreuit tantis per ſe minus iniuriæ ſuo nato facere:ut ait ipſe:dū fiat miſer: inimicus ſibi putādus eſt.ſed alii dolore mouentur:alii cupiditate:iracūdia etiā multi efferuntur:& quum in mala ſcientes ruunt:tñ ſe optime ſibi conſulere arbitrantur. Itaq̄ dicūt nec dubitant mihi ſic uſus eſt:tibi ut opus ē facto face:uelut q ipſi ſibi bellū indixiſſent cruciari dies:noctes torqueri uellent. nec uero ſeſe ipſi accuſarent ob eā causam q̄ ſeſe male rebus ſuis conſuluiſſe dicerent.Eoꝝ enim hæc eſt quærela:qui ſibi cari ſunt:ſeſeq̄ díligunt. Quare quotienſcūq̄ diceret᷑ male de ſe quis mereri:ſibi q̄ eſſe inimicus:atq̄ hoſtiſ:uitā deniq̄ fugere:intelligatur aliquā ſubeſſe eiuſmodi cauſam:ut ex eo ipſo intelligi poſſit:ſibi quenq̄ eſſe carū. Nec uero ſatis eſt id neminē eſſe:qui ipſe ſe oderit:ſed illud quoq̄ intelligendum eſt:neminem eſſe.qui quo mō ſe habeat:nihil ſua cenſeat intereſſe. Tolletur enim appetitus animi:ſi ut in is rebus inter quas nihil intereſt neutram in partem ꝓpenſiores ſimus item in nobis metipſis quēadmodū affecti ſim⁹ nihil nr̄a arbitremur intereſſe.Atq̄ etiā illud ſi quis dicere uelit perabſurdū ſit:ita díligi a ſeſe quenq̄:ut ea uis díligendi ad aliā rem quāpiam referatur:non ad eum ipſum qui ſeſe díligat.Hoc cum in amicitiis:cū in officiis:cū in uirtutibus dicitur:quōcunq̄ dicitur intelligi tamen quid dicat᷑ poteſt in nobiſ autem ipſis intelligi quidem propter aliam quāpiā rem:uerbi gratia propter uoluptatem nos amemus.propter nos enī illā:non ꝓpter eam noſmetipſos díligim⁹.quāq̄ quid eſt quod magis p̄ſpicuū ſit nō modo caꝝ ſibi quēque:ueꝝ etiam uehementer carū eſſe? Quis eſt enī aut quotus quiſq̄:cui mors quum appropinquet:non refugiat timido ſanguis:atq̄ exalbeſcat metu? & ſi hoc quidē eſt inuitio:diſſolutione naturæ tam ualde phorreſcere:qđ item eſt reprehendendū in dolore.Sed quia fere ſic afficiuntur oēs ſatis argumenti eſt ab interitu naturā abhorrere.Itaq̄ quo magis q dā ita faciūt:ut iure ēt reꝑhendāt᷑.hoc magis intelligendū eſt hęc ipſa nimia in quibuſdam futura fuiſſe:niſi quędā eſſēt modica natura.Nec uero dico eoꝝ metū mortis:qui quia priuari ſe uitæ bonis arbitrent᷑:aut quia quaſdam poſt mortem formidines extimeſcant:aut ſi metuant ne cum dolore moriant᷑ idcirco mortē fugiāt.In paruis.n.ſæpe qui nihil eorū cogitāt ſi quando his ludentes minamur p̄cipitaturoſ alicūde extimeſcūt.Quinetiā fere inquit Pacuuius qbus abeſt ad p̄cauendū intelligendi aſtutia ſibi iniecto terrore mortis horreſcunt. Quis autem de ipſo ſapiente alter exiſtimat᷑:quinetiā quū decreuerit eē moriendū:tñ diſceſſu a ſuis:atq̄ ipſa relinquenda luce moueat᷑. Maxime aūt in hoc qdem genere uis ē p̄ſpicua naturę:quū & mēdicitatem multi ꝓpetiant᷑ ut uiuāt:& angant᷑ apropinquatiōe mortis cōfecti

hoīes ſenectute: & ea pferant: quæ philoctetā uidem⁹ in fabulis: qui quū cruciaret᷑ nō ferendis doloribus ꝓpagabat tñ uitā aucupio ſagittarꝝ: cōfigebat tardus celeres ſtās uolātes: Vt apud actiū eſt: pennarūq; cōtextu corpis tegumenta faciebat. De hoīum genere aut oīo de animalium loquor: quū arborꝝ et ſtirpium eadē pene natura ſit: ſiue ut doctiſſimis uiris uiſum ē: maior aliqua cā atq; diuinior hac uim inge nuit: ſiue hoc ita ſit fortuito: uideamus ea quæ terra gignit corticibus & radicib⁹ ua lida ſeruari: qđ contingit animalibus ſenſuū diſtributiōe: & quadā cōpactione mē brorum. Qua quidē de re: quanq̄ aſſentior is qui hæc oīa regi natura putant: quæ ſi natura negligat ipſa eſſe nō poſſint: tñ concedo ut qui de hoc diſſentiūt exiſtimēt qđ uelint: ac uel hoc intelligāt: ſi qñ naturā hominis dicā dominem dicere me. Nihil .n. hoc differt Nā prius poterit a ſe quiſq; diſcedere quā appetitū earꝝ rerū quæ ſibi conducant amittere. Iure igit᷑ grauiſſimi philoſophi inciū ſummi boni a natura petiuerunt & illum appetitum rerꝝ a natura acōmodatarꝝ ingeneratū putauerunt omnibus: qui continent᷑ ea cōmendatione naturæ: qua ſe ipſi diligūt. Deinceps uidendum eſt quoniā ſatis aptum eſt: ſibi quenq; a natura eſſe carꝝ: quæ ſit hominis natura id eſt enī de quo quærimus. Atqui perſpicuū eſt hominem e corpe animoq; conſtare: quum primæ ſint animi partes ſecundæ corporis. Deinde id quoq; uideamus & ita figuratum corpus. ut excellat aliis: animūq; ita conſtitutum: ut & ſenſibus inſtructus ſit: & habeat præſtantiam mentis: cui tota hominis natura pareat: in qua ſit mirabilis quædam uis rationis: & cognitiōis: & ſciētiæ uirtutumq; oīum. Nam quæ corpis ſunt: ea nec auctoritatē cum aī partibus cōparandā: & cognitionem habent faciliorē. Itaq; ab his ordiamur. Corpis igit᷑ noſtri partes: totaq; figura & forma & ſtatura: quam apta ad naturā ſit apparet. neq; eſt dubium quin frōs: oculi aures: reliquæ ptes quales proprię ſunt hominis itelligatur: ſed certe opus eſt ea uale re & uigere & naturales motus uſuſq; habere: ut nec abſit quid eorꝝ: nec ægrum debilitatūue ſit. id. n. natura deſiderat. Eſt. n. actio quædā corpis: quæ motus & ſtatus naturæ congruētis tenet in quibus ſi peccet᷑ diſtortione & deprauatione quadam aut motu ſtatuue deformi: ut ſi aut manibus ingrediat᷑ quis: aut non ante: ſed retro fugere plane ſe ipſe & hominē ex hoīe exuens naturā ediſſe uideat᷑. Quāobrē quū etiā ſeſſiones: & flexi fractiq; motus: quales proteruorꝝ hominū: aut molliū eſſe ſolent: contra naturam ſunt ut etiā ſi animi uitio id ueniat: tamen in corpore immutari hoīs natura uideat᷑. Itaq; e contrario moderati equabileſq; habitus effectiones uſuſq; corpis apta eē ad naturā uident᷑. Iam uero aīus nō eſſe ſolū: ſed ēt cuiuſdā modi debet eſſe: ut et omnes ptes ſuas habeat incolumes: et de uirtutibus nulla deſit. Atq in ſenſibus eſt ſua cuiuſq; uirtus: ut ne quid impediat: quo minus ſuo ſenſus quiſq; munere fungatur in hiſ rebus celeriter expediteq; percipiendis: quæ ſubiectę ſunt ſenſibus. Animi aūt et eius animi partis: quæ princeps eſt quæq; mens nominat᷑: plures ſunt uirtutes: ſed duo prima genera: unum earū quæ ingenerant᷑ ſuapte natura: appellanturq; non uoluntarię: alterū earum quæ in uoluntate poſitæ magis ꝓprio noīe appellari ſolent: quarū eſt excellens in animarū laude pręſtātia. Prioris generis eſt docilitas memoria: quæ fere oīa appellant᷑ uno īgenii nomine: easq; uirtutes qui hñt ingenioſi uocant᷑. Alterꝝ aūt gen⁹ eſt magnarꝝ uerarūq; uirtutū: quas appellam⁹ uolūtarias: ut prudētiā: tēperātiā: fortitudinē: iuſticiā: et reliquas eiuſdē

generis. Et ſummatim quidem hęc erant de corpore animoque dicenda: quibus qua ſi informatum eſt quod hominis natura poſtulet. Ex quo perſpicuū eſt quoniā ipſi a nobis diligamur: omnia quæ & in aīo & in corpore perfecta uelimuſ eſſe: ea nobis ip ſa cara eſſe propter ſe: & in his eſſe ad bene uiuendum momenta maxima. Nam cui propoſita ſit cōſeruatio ſui: neceſſe eſt huic partes quoque ſui caras eſſe: carioreſque quo pfectioreſ ſint: & magis in ſuo genere laudabiles. Ea enim uita expetitur: quę ſit animi corporiſq; expleta uirtutibus: in eoque ſummū bonū poni neceſſe eſt: quando quidem id tale eſſe debet ut rerū expetendarꝝ ſit extremū. Quo cognito dubitari nō poteſt: quin quū ipſi homines ſibi ſint per ſe & ſua ſpōte cari: ptes quoq; & corporis & animi & earꝝ rerum quæ ſunt in utriuſq; motu & ſtatu: ſua caritate colant & per ſe ipſæ appetantur. Quibus expoſitis facilis eſt coniectura ea maxime eſſe expetēda ex noſtris quæ plurimū habent dignitatis: ut optimæ. cuiuſq; partis quæ per ſe ex petatur uirtus ſit expetenda maxima. Ita fiet ut animi uirtus corporis uirtuti antepo natur: animiq; uirtutes non uoluntarias uincant uirtutes uoluntariæ: quę quidē pro prie uirtutes appellantur: multūq; excellunt propterea q̄ ex ratione gignuntur. qua nihil eſt in homine diuinius. Eſt enim omniū rerum quas & creat natura: & tuetur quę aut ſine animo ſint: aut multo ſecus eorum ſummarū bonū in corpore eſt. Vt nō inſcite illud dictum uideatur in ſue: animum illi pecudi datū pro ſale ne putreſceret. Sūt autem beſtię quędam: in quibus ineſt aliqd ſimile uirtutis: ut in leonibus ut i ca nibus: ut in equis: in quibus non corporum ſolū ut in ſuibus: ſed etiā animoꝝ aliqua ex parte motus aliquos uidemus. In homine aūt ſumma omnis animi ē & in animo rationis exqua uirtus ē: quę rōnis abſolutio definitur: quā etiam atq; etiam explicādā putant. Earum etiā rerum quas terra gignit educatio quædam & perfectio eſt non diſſimilis animantium. Itaq; & uiuere uitem & mori dicimus: arboremq; & nouellā & uetulam & uigere et ſeneſcere. Ex quo nō eſt alienū ut amantibus ſic illis et apta quædam ad naturā: amputareq; aliena: earum que augendarū et alendarū quādam cultricē eſſe: quae ſit ſcrētia atq; ars agricolarꝝ: quę circūcidat: āputet: erigat: extollat adminiculetur. ut quo natura ferat: eo poſſit ire: ipſę uites ſi loqui poſſent: ita ſe tra ctandas: tuendaſque eſſe fateantur. Et nunc quidē quod eā tuetur: ut de uite potiſſi mum loquar: eſt id extrinſecus. In ipſa. n. parū magna uis eſt ut quamoptime ſe ha bere poſſit: ſi nulla cultura adhibeatur. At uero ſi ad uitē ſenſuſ acceſſerit: ut appetitū quendam habeat & per ſe ipſam moueatur: quid facturā putas? an ea quę per uini torem antea cōſequebatur: perſe ipſam curabit? Sed uides ne acceſſurā ei curam: ut ſenſus quoq; ſuos eorumq; omnium appetitum? & ſi qua ſunt ei membra adiuncta tueatur? Sic ad illa quę ſemper habuit iungit ea quę poſtea acceſſerunt: nec eundē finē habebit quē cultor eius habebat: ſed uolet ſecūdū eā naturā: quę poſtea ei adiū cta ſit uiuere. Itaq; et ſimilis erit finis boni atq; antea fuerat. nec idem tamen: Nō eni iam ſtirpis bonum quęret: ſed aīalis. Quod ſi non ſenſus modo ei ſit datus: uerū etiā animus hominis non neceſſe eſt & illa priſtina manere ut tuenda. inter hæc multo eſſe cariora: quę acceſſerint: animiq; optimā quam que partem cariſſimā in eaque expletione nature ſūmi boni finem conſiſtere: quū longe multūq; præſtet mēs atq; ratio. Sic & extremuū omnium appatēdorum: atq; ductum a prima coītate naturæ multis gradibus aſcendit: ut ad ſummum peruenirēt quod cumulatur ex integritate

corporis & ex mentis rõc perfecta. Quũ igitur ea sit: quam exposui: forma naturæ: si ut initio dixi simulatque ortus esset: se quisq; cognoscere iudicare q̃ posset: quę uis & totius eẽt naturæ & ptiũ singularũ cõtinuo uideret: qd eẽt hoc. qd quærius oium rerum quas expetimus summũ & ultimũ: nec ulla in re peccare posset. Nũc uero a primo quidem mirabiliter occulta natura est: nec pspici nec cognosci potest. Progredientibus autem ætatib9 sensim tardeue potius quasi nosmet ipsos cognoscim9 Itaq; illa prima cõmendatio quæ a natura nostri facta est: nobis obscura & incerta est: primusq; appetitus ille animi tãtũ agit: ut salui atq; integri esse possimus. Quũ autem dispicere cœperimus & sentire quid simus: & quid animãtibus cæteris differamus: tũ ea sequi incipimus ad quæ nati sumus. Quam similitudinẽ uidemus in bestiis: quæ primo in quo loco natę sunt: ex eo se non comouent: deide suo quęque appetitu mouetur. serpere anguiculos: nare anaticulas: euolare merulas: cornibus uti uidemus boues: uespas aculeis: suam deniq; cuiq; naturam esse ad uiuendum ducem: quæ similitudo i genere etiam humano apparet: Parui enim primo ortu sic iacent: tanq̃ omnino sine animo sint. Quum aũt paululũ firmitatis accesserit: & animo utuntur & sensibus cõnitũturq; ut se erigant: & manibus utantur: & eos agnoscunt a quibus educantur: deinde æqualibus delectantur: libenterq; se cum his congregant: dantq; se ad ludendũ: fabellarũq; auditione ducunt̃: deque eo quod ipis superat aliis gratificari uolunt: animaduertũtq; ea quæ domi fiunt curiosius: incipiũt q; cõmentari aliquid & discere & corũ quos uident uolũt nõ ignorare nomina: quibusq; rebus cum æqualibus decertãt: si uincũt: efferunt se lætitia: uicti debilitant̃: animosq; demittũt: quoꝝ sine causa fieri nihil putãdũ est. Est enĩ natura sic generata uis hominis: ut ad omnẽ uirtutẽ percipiendã facta uideatur: ob eamq; causam parui uirtutum simulachris: quarum in se habent semina sine doctrina mouentur. Sunt enim prima elementa naturæ quibus auctis uirtutis quasi carmen efficitur. Nam quũ ita nati factiq; simus: ut & agendi aliquid & diligendi aliquos: & liberalitatis & referendæ gratiæ principia in nobis contineremus: atq; ad scientiã: prudentiam: fortitudinemq; aptos animos haberemus: a cõtrariisq; rebus alienos: non sine causa eas quas dixi i pueris uirtutũ quasi scintillulas uidemus. e quibus accẽdi philosophi ratio debet: ut eam quasi deum ducem subsequens ad naturæ perueniat extremũ. Nam (ut sæpe iam dixi in infirma ætate imbecillaq; mente uis naturæ per caliginem cernitur. Quũ aũt progrediẽs cõfirmat̃ animus: agnoscit ille quidẽ naturæ uim: sed ita ut progredi possit longius perse sit tamẽ inchoata. Istrandum est igit̃ in rem naturã: & penitus quid ea postulet puidẽdũ. Aliter. n. nosmetipsos nosse nõ possumus: qd pceptũ quia mai9 erat: quã ut ab hoie uideret̃: idcirco assignatũ est deo. Iubet igit̃ nos pythius Apollo noscere nosmetipsos. Cognitio aũt hæc ẽ una: ut uĩ nri corpis animiq; norimus: sequamurq; eã uitã quę rebus ipsis pficiatur Qm̃ autẽ is animi appetitus a prĩcipio fuit: ut ea: quę dixi q̃ perfectissima a natura haberemus: confitendũ est quum id adepti simus quod appetitum sit: i eo quasi ultimo consistere naturã: atq; id esse summũ bonũ: quod certe uniuersum sua sponte ipsum expeti & propter se necesse est: quoniã ante demonstratum est: etiam singulas eius partes esse per se expetendas. In enumerandis aũt corporis cõmodis siquis pretermissam a nobis uoluptatem putabit: in aliud tempus qõ differatur. Vtrum

enim ſit uoluptas in his rebus:quas primas ſecundum naturā eſſe diximus nec ne ſit:ad id quod agimus.nihil intereſt.Si enim(ut mihi quidem uidetur)non explet bona naturæ uoluptas iure prętermiſſa eſt.ſin eſt in ea quod quidam uolunt nihil impedit naturam hanc comprehenſionem ſummi boni. Quæ enī cōſtituta ſūt prima naturæ:ad ea ſi uoluptas acceſſerit:unum aliquod acceſſerit cōmodū corporis neq; eam cōſtitutionē ſummi boni quæ eſt propoſita mutauerit. Et adhuc quidem ita nobis ꝓgreſſa ratio eſt:ut ea duceret omnis a prima cōmēdatione naturę:Nūc autem aliud iam argumentandi ſequamur genus:ut nō ſolum quia nos diligamus ſed quia cuiuſq; partis naturæ:& in corpore:& in animo ſua quæq; uis ſit:ideirco in his rebus ſumma noſtra ſponte moueamur.Atq; ut a corpore ordiar. uides ne ut ſi qua quæ immembris praua:aut debilitata:aut immutata ſint:occultent homines: ut etiam contendant & laborent ſi efficere poſſint:ut aut non appareat corporis uitium:aut quam minimum appareat:multoſq; etiam dolores curationis cauſa perferant:ut ſi ipſe uſus membrorum non modo non maior uerū etiam minor futurus ſit:eorū tamen ſpecies ad naturam reuertatur .Et enim quum oēs natura totos ſe expetendos putent:nec id ob aliam rem:ſed propter ſeipſos: neceſſe eſt eius etiā ꝑtes propter ſe expeti:quod uniuerſū propter ſe expetat:quod in motu & i ſtatu corporis nō eſt nihilne eſt quod animaduertendū cē ipſa natura iudicet? quēadmodū quis ambulet:ſedeat:qui ductus oris:qui uultus in quoq; ſit.nihil ne eſt in his reb⁹ quod dignum libero aut indignū eſſe ducamus? Nōne odio dignos multos putamus.qui quodam motu aut ſtatu uidentur naturæ legem & modū contempſiſſe? Et quoniam hæc deducuntur de corpore:quid eſt cur nō recte pulchritudo ēt ipſa propter ſe expetenda ducatur? Nā ſi prauitatē iminutionemq; corporis propter ſe fugiendam putamus:cur nō etiam ac fortaſſe magis propter ſe formæ dignitatē ſequamur.Et ſi turpitudinē fugiamus in ſtatu & motu corporis:quid eſt cur pulchritudinē non ſequamur.atq; etiā ualitudinē:uires:uacuitatē doloris non propter utilitatem ſolū:ſed etiam ipſas propter ſe expetemus? Quoniam enī natura ſuis omnibus expleri partibus uult:hunc ſtatum corporis per ſeipſū expetit:qui eſt maxime e natura:quæ tota perturbat:ſi autē ægrum corpus eſt:aut dolet:aut caret uiribus Videamus animi ꝑtes quaꝝ eſt aſpectus illuſtrior: quæ quo ſūt excelſiores:eo dāt clariora indicia naturæ. Tantus eſt igitur innatus nobis cognitionis amor & ſcientiæ:ut nemo dubitare poſſit:quin ad eas res hominum natura nullo emolumento inuitata rapiatur Videmus ne ut pueri ne uerberibus quidem a contēplandis rebus perquirendiſq; deterreantur.aut pulſi requirant:& aliqd ſcire ſe gaudeant: ut aliis narrare geſtiant:ut pompa ludis atq; eiuſmodi ſpectaculis teneantur:ob eamq; rem aut famem:aut ſitim perferant? Quid uero qui ingeniis ſtudiiſq; atq; artibus delectantur:non ne uidemus eos nec ualitudinis nec rei familiaris habere rationem? omniaque perpeti ipſa cognitione & ſciētia captos:& cum maximis curis & laboribus compenſare eam.quam ex diſcendo capiant uoluptatem? Mihi qdē Homerus huiuſmodi cuicq; uidiſſe uidetur in is quæ de ſirenū cantibus finxerit. Neq; enim uocum ſuauitate uidentur aut nouitate quadam & uarietate cantā di reuocare eos ſolitæ:qui præter uehebant:ſed quia multa ſe ſcire profitebant ut hoſes ad earum ſaxa diſcendi cupiditate adhæreſcerēt.Ita enī inuitant Vlyxē. nam

uerti ut quędam Homeri ſic iſtum ipſum locum. Odecus argolicum quin puppim flectis Vlyſſes. Auribus ut noſtros poſſis agnoſcere cantus: Nā nemo hęc unquā eſt tranſuectus cęrula curſu: Quī prius aſtiterit uocū dulcedine captus: Poſt uariis auido ſaciatus pectore muſis Doctior ad patrias lapſus puenerit oras. Nos graue certamē belli cladēq; canemus. Gręcia quā troię diuino numine uexit. Omnia que elatis regum ueſtigia terris. Vidit Homerus probari fabulā non poſſe: ſi cantiūculis tantus uir irretitus teneret ſcientiā pollicētur: quā nō erat mirū ſapientię cupido patria carioré. Atque omnia quidē ſcire cuiuſcūq; modi ſint cupere curioſoꝝ: duci uero maiorū rerum contemplatione ad cupiditatē ſciētię ſummorū uirorū eſt putandum Quē enī ardorē ſtudii cenſetis fuiſſe in Archimede? qui dū īpuluere quędā deſcribit attētus: ne patriā captam eſſe ſēſerit? Quātum Ariſtoxeni īgenium cōſumptū uide mus in muſicis? Quo ſtudio Ariſtophanē putamus etatem in litteris duxiſſe? Quid de Pythagora, quid de Platone: aut Democrito loquar? a quibus ꝓpter diſcendi cupidatē uidemꝰ ultimas terras eſſe peragratas? quę q nō uident nihil unquā magna cognitione dignū amauerunt. Atq; hoc loco quī propter animi uoluptates coli dicūt ea ſtudia quę dixi: nō itelligunt idcirco eſſe ea propter ſe expetenda: q; nulla utilitate obiecta delectent animi: atq; ipſa ſcientia: etiā ſi icōmoda datura ſit gaudeāt. Sed qd attinet de rebus tam aptis plura requirere? Ipſi. n. quęramus a nobis ſtellarū motus: cōtemplationesq; rerū cęleſtiū: eorūq; omnium quę naturę obſcuritate occultantur cognitiones quēadmodū nos moueāt: & quid hiſtoria delectet: quā ſolemus pſequi uſq; ad extremū: prętermiſſa repetimus: icoata pſequimur. Nec uero ſū inſcius eſſe utilitatē i hiſtoria: nōmodo uoluptatē: Quid quū fictas fabulas e quibus utilitas nulla dici poteſt: cū uoluptate legimus? Quid quū uolumus nomina eorū qui quid geſſerint nota nobis eſſe parentes: patriam multa prętera minime neceſſaria? Quid q; homines infima fortuna nulla ſpe rerū gerēdarū: opifices deniq; delectentur hiſtoria maximeq; eos uidere poſſumus res geſtas audire: & legere uelle: qui a ſpe gerēdi ab ſūt cōfecti ſenectute? Quocirca itelligi neceſſe eſt i ipſis rebus quæ diſcūt & cognoſcuntur inuitamēta ieſſe: qbꝰ ad diſcēdū cognoſcēdūq; moueamur. Ac ueteres qdē philoſophi in beatorū quidē inſulis fingunt qualis naturæ ſit uita ſapiētiū: quos cura omni liberatos nullū neceſſariū uite cultū aut paratū requirētes nihil aliud eſſe actu ros putant: niſi omne tēpus i quærēdo ac diſcendo in naturæ cognitione conſumant Nos autē nō ſolū beatæ uitæ iſtā oblectationē uidemꝰ: ſed etiā leuamētū miſeriarū Itaq; multi cū i poteſtate eſſēt hoſtiū: aut tyrānorū. multi icuſtodia: multi i exilio dolorē ſuū doctrinæ ſtudiis leuauerūt. Princeps huius ciuitatis Phalerius Demetrius cū patria pulſus eſſet iniuria ad Ptolemæū ſe regē Alexandriā cōtulit: q cū i hac ipſa philoſophia ad quā te hortamur excelleret: Theophraſtiq; eſſet auditor multa præclara i illo calamitoſo otio ſcripſit nō ad uſū aliquem ſuū: quo erat orbatus: ſed animi cultus ille erat ei quaſi quidā humanitatis cibus. Equidē e. CN. Aufidio prętorio erudito homine oculis capto ſæpe audiebā: cū ſe lucis magis quam utilitatis deſiderio, moueri diceret: ſomnum deniq; nobis niſi requietem corporibus: & medicinam quādam laboris afferret: contra naturam putaremus datū. Aufert enī ſenſus actionēq; tollit omnē. Itaq; ſi aut requietē natura non quæreret aut eam poſſet quadam alia ratiōe conſequi facile pateremur: qui etiam nunc agendi aliquid diſcendique cauſa

prope contra naturam uigilia ſuſcipere ſoleamus. Sunt autem clariora uel plane per ſpicua nec dubitãda iudicia naturæ maxie ſcilicet i hoie ſed i omni animali ut appetat animus aliquid agere ſemper: neque ulla conditiõe quietem ſempiternã poſſit pati: facile eſt hæc cernere i primis puerorũ ętatulis. quãꝙ enĩ uereor ne minus in hoc ge nere uidear: tñ omnes ueteres philoſophi maxime noſtri ad incunabula accedũt: ꝙ in puerítia facillime ſe arbitrẽtur naturę uoluptatẽ poſſe cognoſcere. Vídemꝰ igitur ut conquieſcere ne infantes quidẽ poſſint: quũ uero paulũ ꝓceſſerint: luſionibꝰ uel laborioſis delectãtur ut ne uerberibus quidẽ deterreri poſſint: eaꝙ cupiditas agendi aliquid adoleſcit una cũ ętatibus. Itaꝙ niſi iocũdiſſimis quidẽ nos ſomnis uſuros pu temus: Endymionis ſomnũ nobis nolimus dari: idque ſi accidat: mortis inſtar pute temus: Quin etiã inertiſſimos hoies neſcio qua ſingulari ſegnitie prędítos uidemus tamen & animo & corpore moueri ſemper: & cũ re nulla impediant neceſſaria: aut alueolũ poſcere aut quærere quempiã ludũ aut ſermonem aliquẽ requirere. Quũꝙ non habeant igenuas ex doctrina oblectationes circulos aliquos & ſemicirculos cõ ſectari. Nec beſtiæ quidẽ: quas delectationis cauſa cõcludimus quũ copioſius alãt: ꝙ ſi eſſent liberæ: facile patiũtur ſeſe contineri: motuſꝙ ſolutos & uagos a natura ſi bi tributos requirũt. Itaꝙ ut quiſꝙ optime natus inſtitutꝰ que ẽ eſſe oio noli in uita: ſi gerendis negotiis orbatus poſſit paratiſſimis ueſci uoluptatibus. Nam aut priuatim aliquid gerere malũt: autiqui altiore animo ſunt capeſſunt rẽ publicã honoribus im periiſꝙ adipiſcẽdis. aut totos ſe ad ſtudia doctrinæ cõferũt: qua in uita tantum abeſt ut uoluptates con!ectentur: etiã curas: ſollicitudines: uigilias perferunt. optimaque parte hominis quæ in nobis diuina ducenda eſt: ingenii & mentis acie fruunt nec uoluptates requirẽtes nec fugientes laborem. Nec uero intermittunt aut admiratiõe earũ rerũ quę ſunt ab antiquis repertæ: aut iueſtigatione nouarũ: quo ſtudio cũ ſati ari non poſſũt omniũ cæterarum rerũ oblíti nihil abiectũ nihil humile cogitãt. tan taque eſt uis talibus in ſtudiis: ut eos etiam qui ſibi alios propoſuerũt fines bonorũ: quos utilitate aut uoluptate dirigunt. tamen in rebus quærendis explicãdiſꝙ naturis ætates conterere uideamus. Ergo hoc quidẽ apparet nos ad agendũ eſſe natos acti onum autem genera plura ut obſcurentur etiam minora maioribus. Maxime autẽ ſunt (primum ut mihi quidem uidetur & his quorum nunc i ratione uerſamur) con ſideratio cognitioue rerum cæleſtium: & earũ quas a natura ocultatas & latentes in dagare ratio poteſt: deinde rerum pu. adminiſtratio: aut ad miniſtrandi ſciendique prudens temperata fortis & iuſta ratio reliquæque uirtutes & actiones uirtutibus: cõgruentes: quæ uno uerbo complexi omnia honeſta dicimus ad quorũ etiã cogni tionem & uſum iã corroborati natura ipſa præeũte deducimur. Omniũ enĩ rerũ prin cipia parua ſunt: ſed ſuis progreſſionibus uſa augentur: nec ſine cauſa. In primo enĩ ortu ineſt temeritas & mollicies quædã ut nec res uidere optimas nec agere poſſint Virtutis. n. beatæꝙ uitæ quæ duo maxime expetẽda ſũt: ſerius lumen apparet: mul to etiã ſerius ut plane qualia ſint intelligantur. Præclare enim Plato beatũ cui etiã in ſenectute contigerit: ut ſapientiã ueraſꝙ opiniones aſſequi poſſit. Quare quoniam de primis naturæ commodis ſatis dictum eſt nunc de maioribꝰ cõſequẽtibꝰ ꝙ uide amus Natura igitur corpus quidem hominis ſic & genuit & firmauit: ut alia in pri mo ortu perficeret: alia ꝓgrediente ætate fingeret. neque ſane multum adiumentis

externis & aduentitiis uteretur. Animũ autẽ reliquis rebus ita ꝓfecit ut corpus. Sẽ sibus enĩ ornauit ad res percipiendas idoneis: ut nihil: aut nõ multũ adiumẽto ullo ad suã confirmationẽ indigeret. Quod autẽ in homine præstantissimũ atq; optimũ est: id deseruit: & si dedit talem mentẽ quæ omnẽ uirtutem iam a ccipere posset: inge nuitq; sine doctrina notitias paruas rerũ maximarũ: & quasi instituit docere: & idu xit in ea: que inerant tanquã elementa uirtutis: sed uirtutem ipsam inchoauit. Nihil itaq; amplius nostrum est: quod nostrũ dico artis est: ad ea principia quę accipim⁹ consequentia exquirere: quoad sit id qđ uolumus effectum: quod quidem pluris sit haud paulo: magisq; ipsum propter se expetendũ: quam aut sensus aut corporis ea quæ diximus: quibus tantũ præstat mentis excellens perfectio: ut uix cogitari pos sit quid intersit: Itaq; omnis honos: omnis admiratio: omne studiũ ad uirtutem & ad eas actiones quę uirtuti sunt consentaneæ refertur eaq; omnia quæ aut ita in ani mis sunt: aut ita geruntur uno nomine honesta dicuntur: quorum omniũ quæque sint notitiæ: quæque significentur rerũ uocabulis: quæq; cuiusque uis & natura sit mox uidebimus. Hoc autẽ loco tantũ explicemus hęc honesta quæ dico: ꝑterquã q; nosmetipsos diligamus. ꝑterea suapte natura per se esse expetẽda indicant pueri in qbus ut in speculis natura cernitur. Quanta studia decretantiũ sunt? quãta ipsa certamina: ut illi efferuntur lætitia quũ uicerint. ut pudet uictos ut se acusari nolunt quã cupiũt laudari: quos illi labores nõ perferũt ut æqualiũ principes sint: quæ me moria est in his bene merentiũ? quæ referendæ gratiæ cupiditas? Atq; ea i optima quaq; indole maxime apparent: in qua hęc honesta quæ itelligimus a natura tãq; adumbrant. sed in pueris expressa. In his uero ætatibus quæ iã cõfirmatæ sunt: qs est tam dissimilis homini: qui non moueat & offensiõe turpitudinis & cõprobatio ne honestatis? Quis ẽ qui nõ oderit libidinosam: proteruã adolescentiã? quis cõtra in illa ætate pudorẽ cõstãtiã etiã si sua nihil interfit: nõ tñ diligat? Quis Pullum Nu mitorẽ fregellanũ ꝓditorẽ quãq; rei pu. nostræ profuit nõ odit? Quis uerbis conser uatorẽ Codrũ? quis Ericthei filias nõ maxime laudat? cui Tubulli nomẽ odio nõ ẽ Quis Aristidẽ nõ mortuũ diligit? An obliuiscimur quãtopere in audiẽdo legẽdoq; moueamur? quũ pie: quũ amice: quum magno animo aliquid factũ cognoscimus Quid loquar de nobis: qui ad laudẽ & ad decus nati: susceptí: instituti sumus? Qui clamores uulgi atq; imperioꝝ excitant in theatris: quum illa dicunt Ego sum Ore stes: contraq; ab altero Immo enim uero ego sum inquã Orestes? Qum autẽ exit⁹ ab utroq; datur cõturbato errantiq; regi: ambos ergo una uiuere precamur: quoti ens hoc agit quandoue nisi admirationibus maximis. Nemo est igitur qui nõ hãc affectionẽ animi probet atq; laudet: qua non modo utilitas nulla querit: sed cõtra utilitatẽ etiã conseruetur fides. Talibus exemplis non fictæ solũ fabulæ: uerum etiã historiæ refertæ sũt: & quidẽ maxime nostræ. Nos enĩ ad sacra Idæa accipienda op timũ uirũ delegimus: nos tutores misimus regibus: nostri impatores pro salute pa triæ sua capita uouerunt: nri cõsules regẽ inimicissimũ mœnibus iã appropinquã tẽ monuerũt: a ueneno ut caueret. Nostra in re pu. lucretia & quæ per ui oblatum stupũ uoluntaria morte lueret inuẽta est: & qui interficeret filiã ne stupraret. Quę quidẽ oia & innumerabilia præterea? quis est qui nõ intelligat & eos qui fecerũt di gnitatis splendore ductos imemores fuisse utilitatũ suaꝝ? nosq; quũ ea laudemus

nulla alia re nisi honestate duci? Quibus rebus expositis breuiter nec enim sū copiā quam potui quia in re nulla erat: persecutus: sed his rebus concluditur profecto & uirtutes oēs: & hōestū illud: qđ ex his uirtutibus exoritur: & i his hęret: eē per se ex petendū: In omni autē honesto de quo loquimur: nihil est tā illustre: nec qđ latius pateat: quā cōuinctio inter homines hominū: & quasi quędam societas & cōmuni catio utilitatū: & ipa caritas generis humani: quę nata a primo statu quo a procrea toribꝰ nati diligūt: & tota domꝰ cōiugio & stirpe cōiūgit: serpit sēsim foras cogna tionibus primū: tū affinitatibus: deinde amicitiis: post in ciuitatibus cū ciuibus: & his qui pubilice socii atqꝫ amici sūt deinde totius complexu gentis humanę: quę ani mi affectio suū cuiqꝫ tribuēs: atqꝫ hāc quā dico societatē cōiunctionis humanę mu nifice & ęque tuēs iustitia dicitur: cui sūt adiūctę pietas: bonitas: liberalitas: benigni tas comitas: quęque sūt generis eiusdē. Atqꝫ hęc ita iustitię propria sūt: ut sint uirtu tuu reliquarū cōmunia. Nam quū sic hominis natura generata sit ut habeat qddā innatum quasi ciuile atqꝫ populare: quod greci πολιτικὸν uocant: quicquid aget queqꝫ uirtꝰ: id acomitate & ea quā exposui: caritate atqꝫ societate humana non ab horrebit: uicissimqꝫ iustitia: ut ipsa se fundet usu in cæteras uirtutes: sic illas expetet Seruari enī iustitia nisi a forti uiro: nisi a sapiente nō potest. Qualis est igitur omnis hęc: quā dico cōspiratio cōsensusqꝫ uirtutū: talle ē illud ipsū honestū: quādoquidem honestū aut ipsa uirtus est aut res gesta uirtute. Quibus in rebꝰ uita cosentiēs: uirtu tibusqꝫ respōdens recta & honesta & constas & naturę congruens exstimari potest Atqꝫ hęc cōiunctio cōfusioqꝫ uirtutū tamē a philosophis ratione quadā distinguit Nam quū ita copulatæ connexęque sūt ut omnes omniū particips: sint nec alia ab alia possit seperari: tñ ꝓpriū suū cuiusqꝫ munus ē. ut fortitudo i laboribus periculis que cernatur temperātia i prętermittendis uoluptatibus: prudentia i delectu bono rū & malorū: iustitia in suo cuiqꝫ tribuendo: Quādo igitur inest i omni uirtute cura quędā quasi foras spectans: alioqꝫ appetēs atque complectens: existit illud ut amici ut frēs ut ꝓpinqui: ut affines: ut ciues: ut oēs. denique quando unā societatem ho minum esse uolumus propter se ex petendi sint atque eorum nihil est eius generis: ut sit i fine atque extremo bonorum. Ita fit ut duo genera propter se expetendorum reperiantur: unū quod est i is in quibꝫ completur: que sunt aut animi aut corporis Hæc autem quæ sunt extrinsecus idest quæ neqꝫ in animis sunt: neque in corpore: ut amici: ut parentes: ut liberi: ut propinqui ut ipsa patria: sunt illa quidem sua spōte cara. sed eodem in genere quo illa non sunt. Nec uero quisquam summum bonum assequi unquam posset. si omnia illa quæ sunt extra: quāq̄ expetenda summo bono continerentur. Quomodo igitur inquies uerum esse poterit omnia referri ad sum mn̄ bonum si amicitiæ: si propinquitates: si reliqua externa summo bono non conti nerentur? Hac uidelicet retione quod ea quæ externa sunt: is tuemur officiis: quæ oriunt a suo cuiusque genere uirtutis. Nam & amici cultus: & parentis: & q officio fungitur in eo ipso prodest: quod ita fungi officio in recte factis est: quæ sunt orta uirtutibus quæ quidem sapientes utētes sequūtur tanquā duce natura. Non ꝑfecti autem homines: & tamen ingeniis excellentibus præditi excitantur spæ gloriæ: quæ habet formam honestatis: & similitudinem. Quod si ipsam honestatē undique per fectam & obsolutam rē unam preclarissimā omniū maxime qꝫ laudandam penitꝰ

uiderēt: quonā gaudio cōplerēt: quū tātopere eius adūbrata opiniōe lætētur Quē enī deditū uoluptatibus: cupiditatū īcēdiis inflāmatū ī his potiēdis quæ accerrime corripuisset tanta lætitia perfūdi arbitramur: quāta aut supiorē Africanū Annibale uicto: aut posteriorē carthagīe euersa? Quē Tyberiana dissentio festo illo die tāto gaudio affecit quāto. L. Paulū quū regē Persē captū adduceret eodē flumine inuecto? Age nūc Luci nr extrue aio altitudinē excellētiāq; uirtutū: iā nō dubitabis quā eaz cōpotes hoies magno aio erectoq; uiuētes semp sint beati: qui oēs motus fortunę mutationesq; rerū & temporū leues & ibecilles fore intelligant: si in uirtutis certamē uenerit. Illa. n. quæ sūt a nobis bona corporis numerata: cōplēt ea quidē beatissimā uitā: sed ita ut sine illis possit beata uita existere. Ita. n. paruæ & exiguę sunt istę accessiones bonoz: ut quēadmodū stellæ in radio solis: sic istæ in uirtutū splendore ne cernant qdē: Atq; hæc ut uere dr parua eē ad beate uiuēdū mométa ista corporis cōmodoz: sic nimis uiolentū est nulla esse dicere. Qui. n. sic disputāt oblíti mihi uident: quæ ipsi egerit principia naturæ. Tribuēdū igit ē his aliquid: dum modo q̄tū tribuēdū sit intelligas. Est tñ philosophi: nō tā glorioſa: quā uera quærētis. nec pro nihilo putare ea quæ secūdū naturā: illi ipsi glorioſi esse fatebantur & uidere tantam uim uirtutis: tantaq; ut ita dicam auctoritatem honestatis: ut reliqua non illa quidem nulla: sed ita parua sint ut nulla esse uideantur. Hoc est non omnia spernentis præter uirtutem: & uirtutem ipsam suis laudibus amplificantis. Oratio deniq; hæc est undiq; completa & perfecta explicatio summi boni. Hinc cæteri particulas arripere conati suam quisq; uideri uoluit afferre sententiā. Sæpe ab Aristotele: a Theophrasto mirabiliter est laudata pro se ipsa rerū scientia. Hoc uno captus Herillus scientiam summū bonū esse defendit: nec rē ullā aliam per se expetendam Multa sunt dicta ab antiquis de cōtemnendis ac despiciendis rebus humanis. hoc unum Aristo tenuit: præter uitia atq; uirtutes negauit rem esse ullam aut fugiendā aut expetendam. Positum est a nostris in his esse rebus quæ secundum naturam essent nō dolere. Hoc Hieronymus summū bonū esse dixit. At uero Calipho & post eum Diodorus: quū alter uoluptatem adamauisset: alter uacuitatē doloris: neuter honestate carere potuit: quæ est a nostris laudata maxime. Qui etiā ipsi uoluptarii diuerticula quærant: & uirtutes habeāt in ore totos dies uoluptatē primo dūtaxat expeti dicant: deinde cōsuetudine quasi alterā naturā effici: qua impulsi multa faciūt nullā quærentes uoluptatem. Stoici restant. hi quidem non unam aliquam aut alteram a nobis: sed totam ad se nostram philosophiam transtulerunt: atq; ut reliqui fures earū rerum quas ceperunt signa cōmutant: sic illi ut sententiis nostris pro suis uterentur nomina tanq̄ rerum notas mutauerunt. Ita relinquitur sola hæc disciplina digna studiosis ingenuarum artiū: digna eruditis: digna claris uiris: digna principibus: digna regibus. Quæ quū dixisset: paulūq; instituisset. quid est inquit satisne uobis uideor pro meo iure in uestris auribus cōmentatus? Et ego tu uero inquā Piso ut sæpe alia sic hodie ista nosse uisus es ut si cui copia nobis semp fieret: nō multū græcis supplicādū putarē. qđ qdē eo probaui magis q̄ memini Staseā Neapolita nū doctorē illū tuū nobilem sane peripateticum aliquando ista secus dicere solitum assentientem his qui multū in fortuna secunda aut aduersa: multū in bonis aut malis corporis ponerēt. Est ut dicis inquit sed hæc ab Antiocho nostro familiari dicūt

multo melius & fortius q̄ a Staſea dicebatur. quāq̄ ego nō quæro quid tibi a me ꝓ batū ſit: ſed huic Ciceroni noſtro: quē diſcipulū cupio te abducere. Tū Lucius: mihi uero iſta ualde ꝓbata ſunt: qd̄ itē fratri puto. Tū mihi Piſo quid ergo inquit daſ ne adoleſcēti ueniā? an eum diſcere mauis ea quæ quū præclara didicerit: nihil ſciat Ego uero iſti inquā pmitto. ſed nōne meminiſti mihi licere ꝓbare iſta: quæ ſūt apte dicta? Quis enī pōt ea quæ ꝓbabilia uideant̄: ei non probare? An uero inquā quiſ quā pōt probare qd̄ perceptū: quod cōprehenſum qd̄ cognitū non hēt? Non eſt ita inquit Piſo magna diſſenſio. Nihil eſt enī aliud quāobrē nihil percipi mihi poſſe uideat̄: niſi q̄ percipiēdi uis ita definit̄ a ſtoicis: ut negēt quicquā poſſe percipi: ni ſi tale uerum quale falſū eſſe nō poſſit. Itaq̄ hæc cū illis eſt diſſētio cū peripateticis nulla ſane. ſed hæc omittamus: habent enī & bene longā: & ſatis litigioſā diſputatio nē. Illud mihi a te nimiū feſtināter dictum uidet̄ ſapiētes omnes eē beatos: neſcio quo mō præteruolauit oratio: quod niſi ita efficit̄: quæ Theophraſtus de fortuna: de dolore: de cruciatu corporis dixit. cū quibus cōiungi beatam uitam nullo modo poſſe putauit: uereor ne uera ſint. Nā illud uehemēter repugnat eē beatū & multis malis oppreſſum. hæc quomodo conueniāt non ſane intelligo. Vtrū igit̄ tibi non placet inquit uirtutis tantā uim eſſe ut ad beate uiuendū ſe ipſa contēta ſit: an ſi id probas: ita fieri poſſe negas: ut ii qui uirtutis cōpotes ſint etiā malis quibuſdam af fecti beati ſint. Ego uero uolo in uirtute uim eſſe quā maximam: ſed quanta: ſit ali as. nunc tantū poſſit ne eſſe tanta: ſi quicquā extra uirtutē habeatur in bonis. Atq̄ inquit ſi ſtoicis concedis: ut uirtus ſola ſi adſit uitam efficiat beatam: & concedis ēt peripateticis. Quæ enim mala illi non audent appellare: aſpera autē & incommoda & reiicienda & aliena naturę eſſe cōcedunt: ea nos mala dicimus: ſed exigua & par ro minima. Quare ſi poteſt eſſe beatus is qui eſt in aſperis reiiciendiſq̄ rebus: is pōt quoq̄ eſſe qui in paruis malis. Et ego Piſo inquā ſi eſt quiſquā qui acute in cauſis uidere ſoleat quę res agatur is es profecto tu. Quare attende quæſo. nā ad huc meo fortaſſe uitio. quid ego quęrā: non perſpicis. Iſtic ſum inquit expectoq̄ quid ad id qd̄ quęram reſpondeas. Reſpondebo me non quærere inquā hoc tēpore: quid uirtus poſſit efficere: ſed quid conſtanter dicatur: quid ipſum a ſe diſſentiat. Quo igitur in quit modo? Quia quum a Zenone inquam hoc magnifice tāquā ex oracuło edit̄. Virtus ad beate uiuendū ſeipſa contenta eſt Quare inquit reſpōdet? Quia niſi qd̄ honeſtum eſt nullum eſt aliud bonum. non quæro iam uerum ne ſit: illud dico ea quę dicat præclare inter ſe cohærere. Dixerit hoc quidē Epicurus ſemper beatū eē ſapientem: qui quidē ſolet ebullire non nunquam. quemquidem: quū ſummis do loribus conficiatur ait dicturum quā ſuaue eſt: quā nihil curo. Non pugnem cum homine cur tantum habeat in natura boni: illud urgeam non intelligere eum: quid ſibi dicēdum ſit: quum dolorem ſummū malū eſſe dixerit. Eadem nūc mea ad uer ſum te oratio eſt: dicis eadem omnia & bona & mala: quæquidem dicunt qui nun quam philoſophum pictum (ut dicitur) uiderūt. Valitudinem: uires: ſtaturam: for mam: integritatem: unguiculorum omnium deformitatem: morbū: debilitatē: mala iam illa externa pace tu quidem: ſed hęc quum corporis bona ſint: eorum cōficien tia certe in bonis numerabis amicos: liberos: propinquos: diuitias: honores: opes: Contra hęc attende me nihil dicere. Si iſta mala ſunt: in quę poteſt incidere ſapiens

sapiẽtẽ esse nõ eẽ ad beatæ uiuendũ satis. Imo uero inquit ad beatissime uiuẽdũ parum est: ad beate uero satis. Aĩaduerti inquã te isto modo pauloante ponere: & scio ab Antiocho nostro dici sic solere. Sed quid minus probãdũ q̃ eẽ aliquẽ beatũ: nec satis beatũ? Quod aũt satis est eo quicqd accesserit nimiũ est: & nemo nimiũ beat⁹ est: & nemo beato beatior. Ergo inquit tibi. Q. Metellus qui tres filios cõsules uidit e quibus unum ẽt & censorẽ & triũphantẽ quartũ aũt prętorẽ eosq; saluos reliquit & tres filias nuptas quũ ipse cõsul: cẽsor etiã: augur fuisset: triũphasset: ut sapiẽs fuerit nõ ne beatior. quã ut itẽ sapiẽs fuerit qui in ptãte hostiũ uigiliis & in edia necat⁹ est Regulus? Quid me istud rogas inquã? stoicos roga. Quid igit̃ inqt eos respõsuros putas? nihilo beatiorẽ eẽ Metellũ quã Regulũ? Inde igit̃ inqt audiendũ est. Tamẽ a proposito inquã aberrauimus. Nõ enĩ inquã quero quid uerũ: sed qd̃ cui q̃ dicẽdũ sit. Vtinã quidam dicerent aliũ alio beatiorẽ. iã ruinas uideres. In uirtute enĩ sola: & in ipso hõesto quũ sit bonũ positum: quũq; nec uirtus ut placet illis: nec honestũ crescat idq; bonũ solũ sit quo qui potiat̃ necesse ẽ beatus sit. quũ id augeri nõ possit: in quo positũ est beatũ eẽ: qui põt eẽ qsq̃ alius alio beatior? Vides ne ut hęc cõtinuãt? Et Hercule fatendũ est. n. qd̃ sentio) mirabilis ẽ apud illos cõtextus rerũ respondẽt extrema primis: media utrisq; oĩa oĩbus: quid sequatur: quid repugnet uidẽt. In geometria prima si dederis: danda sunt oĩa. Concede nihil esse bonũ nisi qd̃ honestum sit: cõcedendũ est in uirtute positã eẽ beatam uitã. Vide rursus retro dato hoc: dandũ erit illud: qd̃ uestri nõ itẽ: tria genera bonorũ: procliuius currit oratio: uenit ad extremũ: hæret in salebra. Cupit enĩ dicere nihil posse ad beatã uitã deesse sapiẽti. Honesta oratio Socratica: Platonis etiã. Audeo dicere inquit: non potest nisi retexueris illa. Pauptas si malũ est: mendicus malus esse nõ põt: quãuis sit sapiens. At Zeno eũ non beatum modo sed etiam diuitem dicere ausus est. dolere malũ: in cruce qui angitur beatus esse non potest. bonũ liberi: misera orbitas: bonũ patria: miserũ exiliũ: bona ualitudo: miserũ morbus: bonũ integritas corporis: misera debilitas: bonũ incolumis acies: misera cecitas. Quæsi põt singula consolando leuare: uniuersa quomodo sustinebit? Sit enĩ idẽ cęcus debilis: morbo grauissimo affectus: exul: orbus: egens: torqueat̃ eculeo: quẽ hunc appellas Zeno beatũ inquit etiam beatissimũ quippe inquiet: quũ tam docuerim gradus istam rẽ non habere: quã uirtutem in qua sit etiam ipsum beatũ. tibi hoc incredibile: quia beatissimum. quid tuũ credibile. Si enim ad populũ me uocas eũ qui ita sit affectus beatũ nũquã probabis: si ad prudẽtes: alterũ fortasse dubitabũt: sit ne tantũ in uirtute: ut ea põdĩti uel in Phalaridis tauro beati sint: alterũ nõ dubitabũt quin & stoici conuenientia sibi dicant: & uos repugnãtia. Theophrasti igit̃ tibi inquit tibi liber ille placet de bea ta uita. tñ aberramus a proposito: & ne longius prorsus inquã Piso si ista mala sunt placet. Nõ ne igitur tibi uident̃ inquit mala? Idq; hæres inq̃ inquo uitiũ respõdebo uerses te huc atq; illuc necesse est. Quo tãdẽ mõ inqt: quia si mala sũt: is qui erit in his beatus nõ erit: si mala nõ sũt: iacẽt oĩs ratio pipateticor̃. Est ille ridẽs uideo inqt qd agas: ne discipulũ abducã times. Tu uero inquã ducas licet si seq̃tur erit. n. mecũ si tecũ erit. Audi igit̃ inqt Luci tecũ enĩ (ut ait Theophrastus) mihi istituẽda oratio ẽ. Oĩs auctoritas philosophiæ cõsistit i beata uita cõparãda. Beatæ. n. uiuendi cupiditate icensi oẽs sumus, hoc mihu cũ tuo frate cõuenit. Quare hoc uidẽdũ est possit

ne nobis hoc rō philosophorꝝ dare pollicet certe. Nisi. n. id faceret cur Plato ægyptū pagrauit: ut a sacerdotibus barbaris numeros & cælestia acciperet: cur post tarentū ad Architā: cur ad cæteros Pythagoreos: Ecchratē: Timæū: Acrionē: locros: ut quū Socratē exp̄sisset: adiungeret pythagoreorū disciplinā: eāq; quæ Socrates repudiabat addisceret: Cur ipse Pythagoras & egyptū lustrauit: & psarꝝ magos adiit: Cur tātas regiōes barbarorꝝ pedibus obiit: tot maria trāsmisit: Cur hæc eadē Democritus: qui uere falsoue quæreremꝰ: dr occulis se priuauisse: certe ut q̄ mime aīus a cogitationibus abduceret: p̄monitū neglexit: agros deseruit incultos: qd quærēs aliud nisi beatā uitā: quā si ēt in rerū cognitione ponebat tñ ex illa inuestigatiōe naturæ consequi uolebat ut esset bono aīo. Idem enī ille summum bonum. ευθυμιαν & sæpe ακακιαν appellat: idest animum terrore liberum. Sed hæc & si præclare nundum tamen & ppolita. Pauca enī neq; ea ipsa enucleate ab hoc de uirtute quidem dicta. Post enī hæc in hac urbe primū a Socrate quæri cœpta: deinde in hunc locū delata sūt. Nec dubitāt quin in uirtute omnis ut bene: sic ēt beate uiuēdi spes ponere et. Quæ quū Zeno didicisset a nr̄is: ut i auctoribꝰ præscribi solet: de re eadē fecit alio mō. Hoc tu nūc in illo probas scilicet uocabulis rerꝝ mutatis: in constantiæ crimen ille effugit: nos effugere nō possumus. ille Metelli uitā negat beatiorē quā Reguli: prępondā tñ: nec magis expetendā: sed magis sumendā: & si optio esset: eligēdā Metelli: reiiciendā Reguli. Ego quā ille præponēdā & magis eligendā: beatiorē hanc appello: nec ullo minimo momēto plus ei uitæ tribuo quā stoici. Quid inter est nisi q̄ ego res notas notis uerbis appello: illi noīa nōua quærūt quibus idē dicāt Ita quēadmodū in senatu semp ē aliqs qui iterp̄tē postulet: sic isti nobis cū interpte audiēdi sūt. Bonū appello qcqd secūdū naturā est: qd cōtra: malū. Nec ego solus: sed tu ēt Chrysippe in foro: domi: in schola definis. Quid ego aliter hoies: aliter philosophos loqui putes oportere: quāti qcqd sit aliter doctos & indoctos. sed quū cōstiterit inter doctos quāti res quæq; sit: si hoies essent usitate loquærent. Dū res maneāt uerba fingant arbitratu suo: Sed uenio ad incōstātiæ crimē: ne sæpius dicas me aberrare: quā tu ponis in uerbis. ego positā in re putabā. Si satis erit hoc pceptū: in quo adiutores stoicos optimos habemus tātā ui eē uirtutis: ut oīa si ex altera pte ponātur ne appareāt quidē: quū oīa quæ illi cōmoda certe dicūt esse & sumēda & eligenda: & præposita: quæ ita definiūt ut satis magno æstimāda sint. Hæc igit quū ego tot nomibus appellata parti nouis & cōmētitiis ut ista pducta & reducta: pti idē significātibus. Quid. n. iterest expectas an eligas: Mihi qdē ēt lautius uidet: qd eligit: & ad qd delectus adhibetur. Sed quū ego ista bona oīa dixero: tantū refert quā magna dicā: quā expetēda q̄alde. sin autē nec expetēda ego magis quā tu eligēda: nec illa ego pluris æstimāda qui bona: quā tu qui producta appellas. Oīa illa necesse ē obscurari nec apparere & inuirtutes tanq̄ in solis radios icurrere. At. n. qa i uita ē aliqd mali: ea beata eē nō pōt. Ne seges qdē igit spicis uberibus & crebris si auenā uspiā uideris: nec mercatura quæstuosa si i maximis lucris parū aliqd dānī cōtraxerit. An uero usq; quaq; aliter in uita & nō ex maxia pte de tota iudicabis: An dubiū ē qn uirtus ita maximā ptē obtineat i rebus humanis: ut reliqs obruat: Au debo igit q̄ secundū naturā sit bona appellare: nec fraudare suo ueteri noīe: quā aliqd potius nouū exqrere. Virtutis aūt amplitudinē quasi in altera libræ lāce ponere

Terrā mihi crede ea lanx & maria deprimet. Semp enī ex eo qđ maximas ptes cō
tinet:latissimeq; funditur:tota res appellat. Dicimus aliquē hilare uiuere: igit si se
mel tristior effectus est hilara uita amissa est: An hęc i eo. M. Crasso:quē semel ait
in uita risisse Lucilius:nō cōtingit:ut ea re minus agelastus:ut ait idē uocaret. Poly
cratē samiū felicē appellāt.nihil acciderat ei qđ nollet:nisi qđ anulū quo delectaba
tur in mari abiecerat. Ergo infelix una molestia.felix rursus:quū is ipse anulus in p
cordiis piscis inuentus est. Ille uero si insipiens:qđ certe qm tyrānus nunq; beatus:
si sapiēs ne tū quidē miser:quum ab Oronte prętore Darei in crucem actus est. At
multis malis affectus:quis negat:sed ea mala uirtutis magnitudine obruebantur
Anne hoc qdē pipatetici cōcedis:ut dicāt oium uiroꝝ bonorū.idest sapiētū oibusq;
uirtutibus ornatorū uitā omnibus ptibus plus habere semp boni q̄ mali: quis hoc
dicit: stoicis licet: minime.sed isti ipsi qui uoluptate & dolore oia metiunt: nonne
clamant sapienti plus semp adesse qđ uelit: q̄ qđ nolit: Quū tātū igit in uirtute po
nant ii qui se fatent uirtutis cā nisi ea uoluptatē acciret ne manū quidem uersuros
fuisse:quid facere nos oportet qui quā uis minimā ai pstātiā oibus bonis corporis
ante ire dicamus:ut ea nec in cōspectū qdem relinquāt: Quis enī est qui hec cadę
re in sapientē dicere audeat: ut si fieri possit uirtutē in ppetuū abiiciat:ut dolore om
ni liberet: Quis nostrū diceret quos nō pudet ea quę stoici aspera dicūt:mala dice
re:melius esse turpiter aliquid facere cū uoluptate:quā honeste cū dolore: Nobis
Heracleotes ille Dionysius flagitiose desciuisse uidet a stoicis,ppter oculoꝝ dolorē
Quis uero hoc didicisset a Zenone nō dolere cū doleret:illud audierat:nec tñ didi
cerat. Malū illud nō esse quia turpe nō esset: & esset ferendū uiro. Hic si peripateti
cus fuisset:permāsisset credo in sentētia:qm dolorem dicūt malū esse. De aspérita
te autem eius fortiter ferenda prēcipiūt cadē:quæ stoici: Et quidē Archesilas tuus
& si fuit in differendo ptinatior:tñ noster fuit. Erat enī Polemonis.is quū arderet po
dagrę doloribꝰ uisita letq; hominē Carneades Epicuri per familiaris. tristis exiret:
mane quęso inquit Carneade nr nihil illinc huc peruenit: ostendit pedes & pectus
at tamen hic mallet nō dolere. Hęc igit est nostra ratio quæ tibi uidet in constans
quū propter uirtutis cælestē quandā & diuinā tantāq; prestantiā ut ubi uirtus sit:
resq; magnæ sumēdę laudabilesq; uirtute geste:ibi esse miseria & erumna nō possit
tamē labor possit:& molestia:nō dubitē dicere omnes sapiētes semp beatos eē:sed
tamē fieri posse:ut sit alius alio beatior. Atqui iste locus ē Piso tibi etiā atq; etiā con
firmandus inquā:quē si tenueris:nō modo meū Ciceronē:sed etiā me ipsum abdu
cas licebit. Tū quintus mihi quidē inquit satis hoc cōfirmatū uidetur. Lętor quidē
philosophiam:cuius antea suppelectilem pluris æstimabam:quā possessiones agri
quorum:ita mihi diues uidebatur:ut ab ea petere possem:qcqd in studiis nostris cō
cupisse. Hāc igit lętor ēt acutiorē repertā quā cæteras.qđ quidā ei deesse dicebāt
Nunq; nram qdē inquit Pōponius iocans: sed me hercule pergrata mihi oratio tua
Quę enī dici latine posse nō arbitrabar:ea dicta sūt a te:nec minus plane quā dicū
tur a græcis uerbis aptis. Sed tēpus ē si uidet & recta quidē ad me. Quod quū ille
dixisset & satis disputatū uideret i oppidū ad Pōponiū perreximus omnes.

Τελος.

M. Tulli Ciceronis De Finibus Bonorū & Malorum. FINIS.

quum quæritur in his qđ sit extremmum & ultimum fons repiẽdis est: in quo sint prima iuitamẽta naturæ. Quo iuento ois ab eo quasi capite de sũmo bono & malo disputatio ducit̃. Voluptatis alii primũ appetitũ putãt & primã depulsionẽ doloris alii cẽsent primũ ascitũ: & primũ declinatũ dolorẽ. ab his alii quæ prima secũdũ naturã noinãt proficiscunt̃: in quibus numerãt incolumitatẽ: cõseruationẽqꝫ oium partiũ: ualitudinẽ: sensus integros: doloris uacuitatẽ: uires: pulchritudinẽ: cæteraqꝫ generis eiusdẽ. quorꝫ similia sunt prima in ais quasi uirtutũ igniculi & semina: ex his tribus quũ unũ aliquod sit: quo primũ natura moueat̃: uel ad appetendũ: uel ad repellendũ: nec quicq̃ oio preter hæc tria possit ẽe necesse est oio officiũ aut fugiendi aut sequendi ad eorũ aliqd referri. ut illa prudentia quã artẽ uitæ eẽ dixim⁹: in eaꝫ triũ rerꝫ aliqua uerset̃ a qua totius uitæ ducat exordium. Ex eo aũt qđ statuerit esse quo primũ natura moueat̃: existet etiã recti ratio atqꝫ honesti: quæ cũ uno aliquo ex tribus illius cõgruere possit: ut aut id honestũ sit facere oia aut uoluptatis cã etiã si eã non cõsequare aut non dolendi etiã si assequi nequeas: aut eorꝫ quę secundum naturã sũt adipiscendi etiã si nõ adipiscare. Ita fit ut q̃ta differentia est in principiis naturalibus: tanta sit in finibus bonorꝫ malorũqꝫ dissimilitudo. alii rursus iisdẽ a principiis oẽ officiũ referent̃ aut ad uoluptatẽ: aut ad nõ dolendũ: aut ad prima illa secũdum naturã obtinẽda. Expositis iã igit̃ sex de sũmo bono sententiis: triũ pximarꝫ hi principes uoluptatis Aristipp⁹: nõ dolẽdi Hieronym⁹: fruẽdi rebus his q̃s primũ secũdũ naturã eẽ diximus Carneades. nõ ille qdẽ auctor sed defensor. differendi cã fuit. supiores tres erãt quæ eẽ possent: quarꝫ ẽ una sola deffensa eaqꝫ uehemẽter. nã uoluptatis cã facere oia quũ ẽt si nihil cõsequamur tñ ipm illud consiliũ ita faciendi p se expetẽdũ: & honestũ. & solũ bonũ sit: nemo dicit. ne uitationẽ quidẽ doloris ipsam p se q̃q̃ in rebus expetẽdis putauit: ne si ẽt cuitare posset: at uero facere oia ut adpiscamur quæ secũdũ naturã sint: & si ea nõ assequamur id eẽ & honestũ & solũ pse expetendũ: & solũ bonũ stoici dicũt. Sex igit̃ hæ sũt simplices de sũmo bonorũ malorũqꝫ sententiæ. duæ sine patrono: quattuor defensæ. iunctę aũt & duplices ex positicẽs summi boni tres oio fuerũt: nec uero plures si penitus rerꝫ naturam uideas esse potuerũt. nã aut uoluptas adiungi põt ad honestatem ut Caliphoni Dinomachoqꝫ placuit: aut doloris uacuitas ut Diodoro: aut prima naturæ ut antiqs: quos eosdẽ Academicos & pipateticos noiamus. Sed qm̃ nõ possunt oia simul dici: hęc i pstia nota eẽ debebũt: uoluptatẽ semouẽdã ẽe q̃n ad maiora q̃dã: ut iã apparebit: nati sum⁹: de uacuitate doloris cadẽ fere solẽt dici q̃q̃ cõtra uoluptatẽ dicta sunt. qm̃ igit̃ de uoluptate cũ Torquato et de hõestate i q̃ una oẽ bonũ poneret̃ cũ Catone est q̃ssutatũ. Primũ quæ contra uoluptatẽ dicta sũt: cadẽ fere cadũt cõtra uacuitatẽ doloris nec uero alia sũt q̃rẽda cõtra Carneadea illã sẽtẽtiã. quocũqꝫ. n. mõ sũmũ bonũ sic exponit̃: ut id: uacet honestate: nec officia: nec uirtutes in ea rõe: nec amicicia cõstare possunt. cõiũctio aũt cum honestate: uel uoluptatis uel nõ dolendi id ipsum honestũ quod amplecti uult efficit turpe. ad eas oni res referre quæ agas: quarũ una si quis malo caret: in summo cum bono dicat esse: Altera uersetur in leuissima parte naturę: obscuratis id ẽ oẽm splẽdorẽ hõestatis: ne dicã ignãtis. Restãt stoici qui quũ a pipateticis & Academicis oia trãstulissẽt. noib⁹ aliis eadẽ res sequuti sũt hos cõtra singulos dici est melius: sed nũc qđ agimus de illis quũ uoleus. Democriti ãt